CIMELIA
O 315
MS 40 +
Podr. 2643

315

CIMELIA

Gram. 467

XX. L. 14.

X.a.25½

POLONICÆ GRAMMATICES INSTITVTIO.

¶ In eorum gratiam, qui eius linguæ elegantiam cito & facile addiscere cupiunt.

BIBLIOTH. UNIV. JAGELLONICAE

¶ CRACOVIÆ.
Apud Mathiam Wirzbiętam, Typographum Regium.
1568.

Inscriptus Catalogo librorum Domus Probatis Crac. Soctis Jesu

Cim. 6. 315

BIBLIOTECA
UNIVERSITARIA
CRACOVIEN

BIBLIOTH. UNIV.

JAGELLONICAE

GENEROSO ET CLARISSIMO VIRO D. ANDREÆ DVDITIO. P. STOIENSKI S. P. D.

MVLTOS QVIDEM NON infimæ sortis homines quòminus perspecta cultioris Sarmatiæ humanitate, suas hîc sedes figerent, omniumq; fortunarum domicilium collocarent, Vir Magnanime, linguæ ipsius difficultas absterruit. Etenim cùm duæ res sint, quibus homines non modo brutis præstant, verum etiam communem inter se societatem maximè colunt, Ratio & Sermo: illi quantumuis ratione atq; ingenio pollerent, tamen non satis firmum præsidium atq; vinculum se ad colendam exercendamq; ac retinendam cum Sauromatum gente amicitiam societatemq; allaturos iudicarunt, si sermonis atq; linguæ vsu opèq; destituti, ac tanquam muti quidam pisces, omnia vel nutibus, vel interpretũ opera atq; adminiculo transigerent. Cũ autem Polonorum prope incredibilis humanitas & summæ libertatis amor, multos è diuersis ac longè dissitis orbis partibus ad se pellexisset, eosq; Sarmatici sermonis asperitate absterritos ad sua resilire, Sarmatiamq; non

spernendis ciuibus & singularibus ornamentis spoliari indignum iudicarem, ego Polonorum beneficijs affectus quamplurimis, pro virili dedi operã, vt quam linguæ huius cognitionem & facultatem toto decennio, summo labore & diligentia sum consequutus, Grammatica methodo breuiter comprehensam, amicorum, ac præcipué Prosperi Prouanæ clariss. viri, ac de me optimè meriti, hortatu, ad publicam eorum vtilitatem in lucem emitterem, quos linguæ huius desyderio teneri minimè ignorabam. Cuius studium non tam (vt existimo) ob difficultatẽ multi abiecerunt (quid enim quæ sotã arduum est, quod labor non vincat improbus?) quàm propter ineptã quorundam iuditia, qui hanc linguam ideo negligendam putabant, quod vaga, inconstans, nullisq; legibus comprehensa, nullus conclusa limitibus, ipsis quidem iudicibus videretur. In quo quàm turpiter hallucinati sint, vel metacente iudicabunt ipsi, si has nostras lucubrationes vel leni brachio attingere voluerint. Esse quidem huic linguæ suos idiotismos non inuerim inficias, sed qui minimé obstent, quominus certa, & sibi constans canonum Grammaticorum sit ratio, & expedita methodus, quæ linguam hanc alioqui primo aspectu infinitam, barbaram, insuauem, arduam, & inexplicabilem, non modo comprehensione facilem, verũ etiã ipso vsu iucũdã suauémq; efficiat. Cũ aũt peregrinorũ omniũ quos nostra memoria vidit Sarmatia, tu

matia, tu vnus occurras, qui linguæ huius desyderio maximè afficiâre, non tam, opinor, vt hunc cumulum multarum linguarum, quarum calentissimus es, cognitioni addas, quàm ob mirificum in hãc gentem studium, in qua relicto solo patrio, posthabitisq; summis apud Cæsarem honoribus fortunarum domicilium delegisti, id vitæ genus tanta cum laude apud Deum, & rectè de virtute iudicantes homines amplexus, quanto cum pudore à tuis olim æqualibus spernitur, ac tanquam nefarium repudiatur, meas lucubratiunculas, quas à te vehementer expeti non ignorabam, summa celeritate elaboratas, nec dum satis ad amussim perpolitas ad te mitto, vt si quis illis fructus inerit, tu primus id delibatum percipias, deinde ad alios, si qui harum rerum erunt studiosi, tuis auspicijs emolumentũ quale quidem ex puluere Grammatico sperari potest, quàm latissimè propagetur. Quod si è morbis quibus iam ferè toto biennio tanquã procellis agitatus aliquando eluctatus viua voce aliquot dies horum vsum tradere potuero neq; tu hominem in tenui re, ac rudi Minerua præditum atq; obscurum aspernabere, in spem venio maximam fore, vt hisce rudimentis perfunctus, multorum & tua fortassis opinione citius, summam linguæ huius arcem tuo marte conscendas, aut saltem eousq; progrediare, vt neq; te diligentiæ ac laboris, neq; me lucubratiunculæ huius vnquã pœniteat. Quòd si nostra erunt huiusmodi,

vt publico indigna videantur, mihi tamen meum studium ideo verti vitio non poterit, quod difficilem scribendæ Grammaticæ viam nullo præeunte ingreßus, alios qui ißta optimè exequi poterunt, inepta ac rudi scriptione tanquã claßico ab otio & ignauia in hanc præceptorum scribendorum arenam excitos pertraxerim. Vale. Calendis Iulij Cracouiæ. 1567.

GRAMMATICAE POLONICAE RVDIS ac prima delineatio.

DE LITERARVM POTESTATE & genuina earum Pronunciatione.

A

TRIPLEX est elementi huius vis & pronunciatio, quod in alijs linguis non temerè occurrit. Primum enim clarè & perspicuè, ac molliter diducto ore profertur, quod vt à rudioribus facilius deprehendatur, accentu acuto notari consueuit. Vt Jámá/ Specus. Sámá/ Ipsa. Spáć/ Dormire, & sexcenta huius generis, quæ negligentius prolata in suauem quandam cacophoniam, eruditis auribus reddunt. Si quis enim pro Látá/ Anni, pronunciet, Lata/ Volat, & orationem obscuram reddiderit, & quæ natura distincta sunt confuderit. Idem de similibus esto iudicium.

Altera huius elementi prolatio est obtusior, ac veluti occlusa in faucium ac palati imanitate formata, medium quendam sonum, inter a & o retinens, qualis est Hebræorũ Chometh, cùm superior pronuntiacio illorum pathach omnino respondeat, vt, Pan/ Dominus, Herus. Stan/ Status. Sad/ Pomarium. Nacz? ad quid? quorsum, manifesto discrimine, inter Náć/ quod est nomen, & folia

& folia à quauis radice ꝓmanãtia significet. Obtusè & supinè proferuntur verba omnia, in a desinẽtia, vt, Ma/ Habet. Da/ Dabit, siue sint monosyllaba, seu plurimum syllabarum, vt, Bywa/ Esse solet. Czyha/ Insidiatur. Nábywa/ Quærit, vel acquirit. Excipitur. Trzebá/ Oportet, quod acutum est. Nominis enim formam habet, quod ex eius compositio. potrzebá/ Manifestum est, tametsi respondet Latinæ voci, opus s. est. Excipe præterita quæ acuta sunt, vt, Bábá rabek przepiká.

Præterea, omnia Adiectiua in a finita, obtusa sunt vt, Zła/ Mala. Biała/ Alba. Chytra/ Astuta. Excipe pronomina. Moiá/ Twoiá/ Wáßá/ Náßá/ quæ acuta sunt. Obseruatu dignum videtur, sa acutum, siue clarum nunquam sequi l Hungaricum siue crassum. Contra a obtusum sem per sequitur l durum, quod in istis duabus vocibus est euidentissimum. Máły/ Exiguus, paruus, Máli/ Pluralis numeri, i. Parui Exigui. Ma—li? Habetne? Est enim li interogandi particula.

post
1

Tertius huius literæ sonus à superioribus planè diuersus, nota addita, dignoscitur, traductio per exteriorem elementi partem obeliſco, hoc modo, a. Formatur enim sonus ex superiore a obscuro in narium cannis obtusè tinniente voce. Respondit autem Italorum & Gallorum syllabæ an, ita vt n non

audiatur

audiatur, vt in vocibus istis Angelo, Antonio. Can Pan, pro Cane & Pane, in quibus n minimè percipitur, sed medius quidam sonus est inter m & n. sicc nostrum a profertur, tam in primis, quam in medijs & vltimis syllabis, vt Trubá/ Tuba. Pociagáć/ Attrahere. Beda/ Erunt. In hoc elemento proferendo, vt plurimum Germani hallucinantur. Dicturi enim, Jdzie prosta droga/ Dicunt, Jdzie prostam drogam/ Additom in fine sanè perridiculè. Quomagis est cauendum, ne in hunc errorem prolabamur.

B

A Latino nihil differt huius elementi prolatio, Exceptis vocibus in quibus b finalis litera cũ sibilo quodam effertur, cuius rei gratia, nota quædam huiusmodi ascribi solet, vt Rob/ Labora. Jedwab/ Sericum, Wab Sokolá/ Skub/ Kielb/ Piscis nomen, Latini vt puto fundum vel gobium vocant. Accidit interdum linguæ imperitia vt nonnulli p. loco b. scribant, vt in dictione, Leb/ Caput, quod nonnulli scribunt, Lep/ quoniam in ea dictione vltima consonans durius profertur, sed error ex obliquis casibus deprehendi potest. Dicimus enim in gignẽdi casu Lbá/ nõ Lpá/ etc. Quòd diximus, interdũ hanc literam cum sibilo quodam proferri: vsus potius, quàm regula docebit, nõ modo in hoc elemento, sed & in alijs vt videbimus in p. & w.

Latini,

Latini, Itali, Galli, huius literæ, variũ vsum pro ratione vocalium esse voluerunt. Polonis, ante omnes vocales eodem planè profertur modo. Cały/ *Integer.* Cel/ *Scopus.* Cybulá/ *Cepe.* Cyrá/ *à Græco* κορη. *i. filia.* Cud/ *Miraculum. In quibus vocibus, c profertur omnino vt apud Latinos, & Italos c ante e & i. & sicut apud Germanos tz. ita vt multi Germanizantes in lingua Polonica c cum tz confundant. Quod diximus eodem semper modo c à Polonis proferri, de omnibus syllabis id dictum volumus.*

Est illud notandum, hanc literam, quotics in capite punctum vel apicem gerit, pinguiusculè proferri vt ferè quidam Itali Romani præsertim efferre solent či: vt Cichy/ *Mansuetus.* Tráčí/ *Perdit.* Wymyśláć/ *commminisci. Quoties autem hæc litera assumit Z planè profertur vt ch apud Gallos & Italos quosdam, sono tamen quodammodo crassiore, idq; in omnibus syllabis, vt* Czaczko/ *Crepundia,* Czeluść/ *Maxilla, quod in numero multitudinis prolatum,* Czeluści/ *pro fornacis ostio, seu ore, accipitur.* Czyhać/ *quod alij,* Czuhać/ *Insidiari imminere, vt in illo Ouidij. Imminet exitio vir coniugis.* Czoło/ *Frons.* Czuć/ *Vigilare, Sentire.* Oczy/ *Oculi.* Precz/ *Procul, tametsi & alia significat. Hãc literam, optimè omnium Florentini efferunt sicut & sequentem, quam nos docendi gra-*

cendi gratia chi nuncupabimus, eò magis quod in quodam libello in Prussia excuſso hoc animaduerterim annotatum. Poloni igitur ch aſpiratum habẽt, ſiue chi. Quod peregrinis eſt ſcitu neceſſarium. Hanc enim literam cum k confudere ſolent, ridiculè admodum. Animaduerti non ita pridem in hoc lapſum eſſe eum, quo auctore, huius linguæ fundamenta ieci. Is enim ſcripturus & pronunciaturus, Jechał/ ſcripſit Jekał/ quod cùm vidiſſem, riſum tenere non potui.

Poſtremo hanc literam in quarundam vocum fine, quaſi parelcon, ſeu redũdantem reperio, vt, Jáć/ pro, Ja. Tyć pſtročiny/ pro ty verſicolores veſtes. Tákżeć/ pro, Tákże. Sic Toć/ pro, To. Hoc. Wiereć/ pro, Wiere. Certe. Dármoć/ pro, dármo/ fruſtra. Alić/ pro, Alí. Ecce & diligenter à verbis diſtinguendæ ſunt voces, in quarum fine iſtud reperitur, vt in hoc Rei ſummi poëtæ verſu: Bo kráść / zdradzáć/ fałſowáć/ ſcießkáć to do złotá. In quo tria infinitiua præcedunt in áć/ quarta vox eſt nomen ſcießká/ addendo ć affirmandi cauſa. Quanquam non videtur hic ſua deeſſe emphaſis. Imò niſi vehemẽter hallucinor, hæc litera, in fine dictionum alioqui integrarum, poſita, pro integra ſyllaba ći accipitur. De qua in pronomine dicemus. Habet & vim hæc litera, pronominis Tobie/ tibi, vt ſi dicas, Nie wiem iákoć zá to mam záſtugować/ vbi, iákoć/ po-

iákoć/ ponitur, pro, iáko tobie. Zostań przy tym coć lepiey przystoi. Coć/ i. Co tobie. &c. Nie rádzeć.

D

DAssumit Z & in vnum elementum transire videtur. Profertur autem bifariam. Nam dz sequente i profertur vt g. apud Italos, vt, Dziki/ agrestis. Est & coloris nomen, ad castaneum proximè accedens. Italus autem legat giki, tametsi Polonicè loquẽtes, linguæ, mucrone, dentes asperius hic feriunt, quàm Itali suum g proferentes, vel Galli Dziad/ lege ac si scriptum esset Italicè Giad. Sequentibus alijs vocalibus et ij quæ polonorum propria est, vt docebimus: dz profertur, vt apud Itatos zz, vt in dictione Lezzo quod Polonus scriberet, Ledzo. Exempla sint, Rdzá/ rubigo, tam in metallis, quàm segetibus, Rydzy/ equinus color, qui medius est inter giluum & flauum. &ce. Reperias tamen voces non paucas in quibus dz peculiarem habeat prolationem, quam nulla alia lingua, facilè & fœliciter exprimat. Quare exercitatione potius quã regula hic opus, vt voces, Dzdzá/ dzdzowi/ Drożdze/ non temerè quis proferat, quin mox peregrinitatem suam prodat, tàmetsi in nominibus Drożdze/ i. feces, & similibus syllaba dze/ ab Italis proferri poßit, ac si scriptum esset ge. craßiore tamen pronunciatione.

E

Duplex E

DV plex E habent Poloni. Subtiliorem enim diuisionem Poëtis, & rhythmorum scriptoribus relinquimus. Prius à nostro nihil differt. Alterum obeliſco notatum, vt in a, ostendimus e profertur, vt n vel em apud Italos, & Gallos, m vel n dissimulato, Kedy/ bedzie/ pietá/ ßczenie/ *quasi scriptum esset Italicè vel Gallicè, Kendi, bengie. pienta schenien &c. Quod autem de exacta huius elementi distinctione, paulò ante attigimus, vel in his duabus vocibus, manifestum est,* Piec/ *id ẽ, fornax, &* piec/ *id ẽ assare, quorum illud e clariꝰ habet, istud verò obscurum ac veluti occlusum.*

F

HOc elementum, à nostro nihil differt, estq; vna & eadem semper eius prolatio, Monendi tamen et ipsi Sarmatæ, hãc literã à plerisq; prow perperam in Orthographia vsurpari: Sæpe enim scripturi Pánow/ Pánoff *scribunt quòd sit harum literarum affinis poteſtas.*

G

GSẽper ꝓfertur vno modo ante oës uocales sicut ab Italis pronunciatur ante a o & u. Gálazſ *ram»,* Gebá/ *os,* Mogitá/ *cyppus,* Goty/ *rasus,* Gumiá/ *equinum stramentum. Reperias tamen vocalem gi. ipsum, in qua g quodammodo liqueſcit, propterea eruditiores non gi scribunt sed ij, eo autem vtuntur pro Pronomine go, vt postea dicetur.*

H Aſpira-

H

ASpiratio vocalibus præponitur vt plurimũ in qua tamen pronuncianda, modus quidam est obseruandus. Expertienim sumus quosdam alioqui non vides homines in hoc ita peccare, vt pro simplici aspiratione, chi/ literam vsurparent, scribebant enim & proferebant, chámowáć pro hámowáć/ cohibere. chnet/ pro, hnet/ ilico. In hac autem vocula, hnet/ aspiratio præcedit consonantem, quod Italis & Gallis & alijs mollioribus linguis, est inusitatum, & apud ipsos Polonos rarũ, nisi vox aliqua Rutenica inciderit, vt, chyra motá/ literæ, quod planè Græcum est, γραμματα. Quod quidam tho & thej & similia scribũt, pro to & tej, imperitè faciunt.

I

DIligenter est huius vocalis sonus ab y distinguendus, proferri enim debet planè Latinorũ more, quandocunq; inciderit. Hoc tamen obseruandum i apud Polonos nunquã fieri consonantem.

K

KIn omnibus syllabis similiter enunciatur, estq; frequentissimum in hac lingua elementũ Reperitur interdum k simplex per Apocopen pro ku idq; vt plurimum ante consonantes quanquam in eo habendus est delectus, ne k elementum alioqui asperum consonanti aspere proponatur. Quanquã autem p litera, non admodum sit dura, tamen k nõ est ei præ-

est ei præponendum. Harum enim duarum literarum concursus, obscœnum nescio quod, præsefert. Est autem ťu nota datiui, vt ťu tobie/ tibi, & breuius ť tobie. In his verbis ťwoli/ ť sic profertur vt parum à g differat, ideò à quibusdam scribitur gwoli/ id autem sonat Latinè in gratiam, vel, pro arbitrio.

L

L Duplex. Vnum molle & Latino simile, vt, Lis/ vulpes, przyiaciele mili/ chari amici. In fine dictionum, sæpius occurrit, vt niemal/ propemodum. Dubiel/ piscis nomen, vsurpatur pro stolido. Hoc autem l molle, cum e & i iungi solet, tametsi cum cæteris vocalibus connectitur, vt Lás/ Sylua, Lod/ Glacies, Lud/ Gens. Quanquã non desunt qui, vt mollior sit pronuntiatio, scribunt, lias/ liod/ liud/ quod eruditis displicere video. Alterum durum quod Hungaricũ voco, peregrinis omnibus pronunciatu perdificile. Nã præterquam q vim duplicis l habet linguæ mucrone, dentes asperè tundendi sunt. vt, łápáć/ arripere, łep/ caput, łowić/ venari, łuk/ arcus, distinguitur autem ab altero, molliore obeliſco, quo pars eius superior trãsfigitur hoc modo ł. Obseruãdum hanc literam cum i vocali nunquã coniungi. Hinc si aliàs vspiam lingua asuefacienda est, ne l molle, cum aspero confundatur, quod vitiosum est, & non sine risu excipitur. Exempla sint. Cáły/

integer.

integre. Cáli/ integri. Ioculare est quod vulgò peregrinis objcitur. Koło miele młyn. Si quis has voces benè pronunciare didicerit, adytum ad rectam vtriusque l pronunciationem sibi fecerit.

M

M Duplex. Alterum nostro simile, alterum accentu acuto notatur, & cum quodam sibilo profertur. vt, Łamí/ Karmí/ Frange, Pasce, & similia.

N

N Similiter duplex. Alterum nostro persimile, alterum suæ genti proprium, et apice à communi distinguitur, hoc modo, ń. Profertur autem sicut gn apud Italos, Gallos, & Anglos, vt Koń / Equus. Lege ac si scriptum esset Kogn. Pań/Genitiu• pluralis à nomine, hæra, Domina, Matrona Pagn. Ipsum nomen Páni/ hæra, quasi Pagni. Mań/ pro, ná niego/ Nagn, vt To wiedzie mań/ huius eum insimulat. Mi/ áni/ & quæ sunt huius classis, non distinguũtur accentu, tametsi similiter quasi gn proferantur.

O

O Clarum & obscurum est quod accentu grauí nuper à quibusdam notari cæpit. Obscuri exempla sunt. głod/ fames. głog/ rubus vel cynosbatos, wod/ aquarum genit: plural: à sing: wodá/ aqua. Quæ obscuritas non tam ab ipsa vocali, quàm ab

quàm ab adiuncta consonante proficiscí videtur. Etsi autem hanc vocalem obscuram plerunq; sequitur ł, tamen occurunt voces, in quibus l molle sequatur. vt ſakol/ lolium. Notandum tamen in obliquis non seruari hanc obscuritatem. dicimus enim, ſakołu/ o claro & in reliquis quod obscurum voco, non dissimile est diphtongo Græcæ ου vel Gallico où &c. Manifestum discrimen apparet in his vocibus, Rodzić. o claro, parere. Rod/ o obscuro, genus. Gallus legeret, ac scriberet Roüd &c.

P

PRæter vulgatum p, est peculiare ṕ accentu notatum, quod vt multæ aliæ consonantes cum sibilo quodam effertur, vt Kuṕ/ eme, Łupṕ/ spolia Dupṕ/ carioſæ arboris hiatus.

Q

HVius literæ propriè nullus est apud Polonos vsus nisi in peregrinis vocibus vt ſwit acceptilatio, quidam scribunt qwit/ quod non probatur, rectè sentientibus.

R

RAdmittit ż & in vnam consonantem cum eo coalescit quam nonnulli eruditi, hoc modo scribũt rz. Huiꝰ pronũciatio nostris hominibꝰ paulò asperior videtur, ideo in ea multum se torquent. Alij ż prorsus non attingunt, vt Trzebá/ Rzepá/ Rżad/ Rżym/ pro quibus, minus exercitati legunt Trebá/ Repá/ Rad/ Rym.

Quæ pronunciatio vti mollior quibusdam nationibus, gentis Henetæ, seu Sclauonicæ est familiaris.

S

SInterdum cum sibilo effertur, vt śiłá/ vis, nomen, śiłá/ multum: aduerbium, Doſyć/ satis, pośilek/ subsidium, vt autem is sibillus cognoscatur, notatur s apice, hoc modo ś.
Hoc elementum, interdum assumit Zß & profertur ferè vt ch à Gallis, vt ßabłá/ ßyßak/ framea, cassis, quæ Gallus scriberet & proferret, chabla, chichak. Paulò durior est huius pronunciatio, sequente cz̄, vt ßczkáć/ singultire, ßczodry/ liberalis, ßczenie/ catulus. Qui bleſa sunt lingua, hanc literam proferre non possunt, sed eius loco cõmune pronunciant, non sine audientium risu. Quod vitium Masouitis peculiare est, & quibusdam mulierculis: quæ etiam hanc, vt ita dicam, bleſitatem, de industria, affectant. Nam pro Maß/ habes, dicunt, mas. Porro, manifestum discrimen pronunciationis huius literæ in his vocibus apparebit, s commune, vt Pies/ Pſy/ canis, canes acuſ: plur: ś cum sibilo, Pśi/ wśi/ canes nom. plur: villæ. Szßátá/ vestis, ßelag/ solidus, vel triens, aut tertia pars aßis Polonici, quem groſſum dicunt, ßydzić/ illudere.

T

A Latino nihil differt.

Simplex

S Implex semper est vocalis, à nostro nihil differt.

W

W Duplex habent Poloni, cuius pronunciatio à nostro f parum distare videtur, vt in f obiter monuimus. Hoc autem intelligendum est, si in fine dictionis fuerit, vt pánow/ quasi scriptũ esset pánoff/ sono molliore. Quodsi in principio vel medio dictionis occurrat, profertur vt v consonans apud Latinos, wádá/ vitium, trawá/ herba, tametsi fieri potest, vt etiam interdum in principio & medio dictionis durius proferatur, vt kwás/ fermentum, Vrzećiwko/ aduersus, vel erga, vel in, & si qua sunt similia, quæ docebit vsus. Quodsi ẃ apicem, in fronte gerat, cum sibilo quodam proferri debet: vt kreẃ/ sanguis, modrzeẃ/ larix, nisi me fallit arboris similitudo, háyẃ/ huc, Breẃ/ supercilium, Koteẃ/ anchora.

X

X Raro occurrit in sermone Polonico & nisi fallor, nunquam, exceptis vocib⁹ Latinis, quas Poloni suas fecerunt, & ciuitate donarũt, vt Terc & similia. Quod enim quidam scribunt Xiąże/ Dux. alijs magis placet, vt scribant kśiąże/ quib⁹ assentior.

Y

H Vius literæ pronunciatio, differt ab i simpli-

 ci, quod,

ci, quod, nisi sedulò obseruetur, non vulgarem risum excitauerit peregrinus, harum literarum pronuntiationem & sonum confundẽs. Ꝫ enim simplex molliter diducto ore, & quasi extra os profertur, vt in õnib⁹ linguis ferè fit, sed ij polonicũ nõ multũ ab ita Græcorũ differẽs intra oris angustias, profertur quasi i geminatum, ita tamen vt illa non sentiatur geminatio. vt Myto/ merces, Zyto/ secale, Pytam/ quæro vel interogo, quam vocem si per i simplex proferas, præsertim in gynæceo, Deus bone, quem plausum quos cachinnos excitaueris. Vocem pije/ bibit, caue per y proferas piaculum enim fuerit. Byto/ quod nos, fuerunt, vertere possumus, licet impropriè, si proferas bito/ aliud planè dixeris cùm hoc à bić/ cedere, illud à być/ esse deriuetur.

Notandum & illud, i simplex sæpè syllabam constituere, vt Moi/ mei dißyllabum. Stoi/ stat, goi/ sanat, y autem dyphtongum efficit, vt Pokoy/ Pax, Stoy/ Sta, Moy/ Meus, Twoy/ Tuus &c. quæ tria sunt monosyllaba. Pyáná/ spuma dißyllabum, Pijána bábá/ Pota anus trisyllabum.

Z

Z Interdum profertur sicut apud Latinos, vt Zab/ dens, Skázá/ corruptela, Kozá/ capra, interdum mollius effertur addito etiam apice, hoc modo ż vt żimno/ frigus, káżić/ corrumpere

kożi/ ca-

Kozł/ caprinus, si sequatur i non notatur apice, vt, ziemiá/ terra, ziele/ herba.

Postremo crassius effertur in quibusdam dictionibus addicto in capite puncto, vt ż ywot/ vita, venter, żoná/ vxor, żal/ luctus, żadny vel żaden/ nemo, quanquam żádny interdum pro deformi ac inepto translatitiè capitur. Erratur sæpius & ab ipsis Polonis, qui blesi sunt in huius literæ pronunciatione, simplex enim, pro crasso, frequenter vsurpant.

NOMEN.

IN tradenda prima parte orationis nos à genere incipiemus, in cuius cognitione, peregrini ferè omnes ideò vehementer hallucinantur, quòd hæc lingua suis careat articulis. Genus autem ex ipsa terminatione cognoscendum erit. Primo igitur loco, Masculini generis terminationes exequemur, Sic tamen vt ipsi vsui & exercitationi, quæ plurimum in omni arte potest, suas partes relinquamus. In a desinunt dignitatum, officiorum, virtutum & vitiorum quædam nomina, viris conuenientia, vt.

Masculinorũ terminationes.

	Woiewodá.	*Palatinus.*
	Stároſtá.	*Præfectus.*
	Wymowcá.	*Orator.*
	Sędzia.	*Iudex.*
	Pochlebcá.	*Adulator.*

B

ab	Schab.	*Petaso.*
ab	Glab.	*Caulis.*
eb	Leb.	*Caput.*
ełb	Kiełb.	*Gobius.*
yb	Szyb.	
ob	żłob.	*Præsepe.*
ub	ślub.	*Promissio vel Sacramentum.*
rb	Garb.	*Gibbus.*

C

ác pláć

ác	Plác.	*Locus.*
ec	Pálec.	*Digitus.*
ac	Mieſiac.	*Luna.*
ic	Slachćic.	*Patricius.*
oc	Owoc.	*Fructus.*
lc	Smalc,	
nc	Glanc.	*Splendor.*
cſ	Podßcżuwácż.	*Incentor.*
ucſ	Klucſ.	*Clauis.*
ećſ	Pypećſ.	*Pullorum morbus.*
ßcſ	Deßcſ.	*In[illegible]r:*
ách	Strách.	*[illegible]or.*
ech	śmiech.	*[illegible]s.*
ich	Sztich.	*[illegible]ũ quo punctim*
och	Proch.	*[illegible]duis. (cedimꝰ.*
uch	Duch.	*Spiritus.*

D

ad	ślad.	*Veſtigium.*
	Grad.	*Grando.*
ad	Rzad.	*Ordo & falere equi*
	Sad.	*Iudicium. (num.*
bd	Chebd.	*Ebulus.*
id	Wſtid.	*Pudor.*
od	Wrzod.	*Abſceſſus.*
	Lod.	*Glacies.*
ud	Lud.	*Populus.*
	Vd.	*Fœmur.*
adż	Wrzeciadż.	*Peſſulus.*

	żołądź.	*Glans.*
edź	Niedzwiedź.	*Vrsus.*
	F	
uf	Huf.	*Acies.*
	G	
ag	Pstrag.	*Trutta.*
eg	Brzeg.	*Littus, Rippa.*
	śnieg.	*Nix.*
og	Głog.	*Rubus.*
	Rog.	*Cornu.*
ug	Dług.	*Debitum.*
	Rug.	*Inquisitio, & ē vox*
rg	Targ.	*Forum.* (*forensis,*
	I	
ij Kij.	*Bacillus.*	*qdā tamē per y scribūt.*
Klij.	*Sluten.*	
	K	
ak	Krzak.	*Rubus.*
	Mák.	*Papauer.*
ak	Bak.	*Oestrū, vel onocro-*
	Páiak.	*Aranea.* (*talus,*
ek	Kłebek.	*Glomus.*
	Wianek.	*Corolla.*
ek	łek.	*Anterior pars ephi*
	Sek.	*Nodo in ligno.* (*pij.*
ik	Rik.	*Mugitus.*

Szyk.

yk	Szyk.	*Aciei inſtructio vel acies ipſa.*
ok	Wzrok.	*Viſus.*
	Bok.	*Latus, eris.*
uk	Buk.	*Fagus.*
nk	Fráſunk.	*Moleſtia.*
	Szácunk.	*Æſtimatio.*
árk	Stárk.	*Surculus.*
irk	Roſtirk.	*Diſcordia.*
	Yſtirk.	*Ceſpitatio:*
urk	Burk.	*Stratum lapideum.*

L

al	żal.	*Dolor.*
at	Zástrzał.	*Telum.*
el	Cel.	*Scopus.*
	Chmiel.	*Lupulus, herba.*
el	Kociel.	*Ahenum.*
	Oſiel.	*Aſinus.*
il	Motil.	*Papilio.*
	Tył.	*Dorſum.*
ol	Bol.	*Dolor.*
	Kąkol.	*Lolium.*
ot	Kołt.	*Paxillus.*
	Popiół.	*Cinis.*
ul	Wł.	*Alueare.*
	Muł.	*Squalor agrorum:*
ul	Muł.	*Mucus poſt aquarum illuuiem.*

M

am	Bram..	*Limbus.*
	Kram.	*Taberna mercatoria.*
em	Syem.	*Comitia.*
im	Dim.	*Fumus.*
om	Grom.	*Tonitrum.*
um	Rozum.	*Ingenium, Ratio.*
	Prum.	*Nauigium.*

Latius traijciendis fluuijs.

N

An	Stan.	*Status.*
	Bárchan.	*Xylinum.*
	Bocian.	*Ciconia.*
En	Roſcien.	*Koſna.*
	Beben.	*Bebna.*
Eń	Krzemień.	*Silex.*
	pierſcień.	*Annulus.*
In	Klin.	*Cuneus.*
	Dworzánin.	*Aulicus.*
Yn	Młyn.	*Molendinum.*
	Piołyn.	*Abſynthium.*
On	Zakon zakonu.	*Lex.*
	Ogon ogoná.	*Cauda.*

un piorun.

Vn piorun.	*Fulmen.*	

P

Ap Zerap.	vt, przyßedł po herapie/ *eſt Germanicũ.* Zerhab.	
Ep Sklep.	*Teſtudo.*	
Ep Oßczep.	*Haſta.*	
Jp Dowćip.	*Ingenium.*	
Op potop.	*Diluuium.*	
Op Snop.	*Manipulus, de ſegetib.*	
Vp Slup.	*Columna.*	
Vp lup.	*Manubiæ.*	
Vp Trup.	*Cadauer humanum, nã de beſtia dicitur, ſćirw.*	

R

Infinitiua ſunt & alia penè Germanica.

Ar Vt, Zewar.	*Inſtrumentum cauponibus notum. &c.*	
Ar Swar.	*Conuentio.*	
Er Fraucymer.	*Gynæceum.*	
Er Szmer.	*Pro tumultu accipitur, Eſt & herbæ nomẽ quod ſerpillum vocari puto.*	

Ir { Mir. — Pax.
Wir. — Vortex.

Or { Mor. — Pestis.
Dwor. — Aula. Est & domus nobilis.

Yr { Mur. — Murus, mænia.
Rostur. — Bacillus, ferrea munitus cuspide. Dolon.

Rk { Árk. Stárk. Folwárk. Jármárk. Frymárk. Sztukfárk. — quæ quatuor postrema sunt Germanica.

S

As { Táras. — Carcer.
Lás. — Sylua.

os { Was. — Mystax, barba labri superioris.

Es { Kres. — Meta.

Js { cis. — Taxus arbor.
Lis. — Vulpes.

Klos

Os	Klos.	Spica.
	Trzos.	Zona.
	Nos.	Nasus.
	Glos.	Vox.
	Los.	Sors.
Ys	Kus.	Morsus propriè, methaphoricè pro damno sumitur quod dolo malo illatum est.
Eß	Lemieß.	Vomer.
	pleß.	Orbicularis in sacrificulorum vertice rasura.
Oß	Koß.	Canistrū, calato, Est & koß/ vox militaris & castra significat.
Yß	puß.	Pluma mollior.
ßcz	plaßcz.	Pallium.

T

át	plát.	Census & assumentum panni.
	Kwiát.	Flos.
At	Gnat.	Os de brutis dicitur, methaphoricè ad homines.

at Kat.

at Kat. *Angulus.*

Kret. *Talpa.*

Et Gcet. *Acetum.*

It Aramit. *Holoſericum.*

Pot. *Sudor.*

Ot Plot. *Sepes.*

Chart. *Vertagus.*

Rt Cjárt. *Demon.*

Vt Kogut. *Gallus gallinaceus.*

Grunt. *Fundamentum.*

unt Bunt. *Seditio.*

táßt. *Menſuræ genus, 60. co-*

áßt *ros Polon coscotinet.*

oßt Koßt. *Sumptus.*

Alt Gwalt. *Vis, quam Barbari vi-*
olentiam dicunt.

Eſt Rdeſt.

Est { Rdest. — *Herba quam officinæ persicariam vocant.*
Ist { lyst. — *Sura.*
Ist { List. — *Epistola.*
Ost { Most. — *Pons.*
Ost { post. — *Ieiunium.*
Oßt Roßt. — *Craticula.*
Vst { Rospust. / Odpust.

W

Aw { potraw. — *Cordum.*
Aw { Rekaw. — *Manica.*
Ew Chlew. — *Caula.*
Iw Dziw. — *Miraculum, Portentũ.*
Ow { Row. — *Fossa.*
Ow { Obow. — *Calceamentum.*

Y

Ay { Gay. — *Saltus vel sylua.*
Ay { Kay. — *Paradisus.*

Iy { Kiy. Bacillus.
Striy. Patruus.

Oy { Zdroy. Fons.
Stroy. Ornatus.

Z

Az { Raz. Ictus. Est & Aduerbium ordinis, Semel.

aż Waż. Serpens.

Ez { Bez. Sambucus. Genitiuo, Bzu. Est & Præpositio, Sine, Absq.

Oz { Woz. Currus.
powroz. Funis.

Oż Stroż. Custos.

Cz

Kluczż. Clauis.

Rz

Ogarz. Canis venaticus.
Pecherz. Vesica.
Wieprz. Porcus.
Kierz. Genitiuo, krzá/ Rubus.
Kedzierz.

Kedzierz. *Cincinnus.*
Zwirz. *Fera.*

Et hæc de masculinorum terminationibus hactenus, ex quibus reliqua quæ propè infinita sunt, facile cognosci poterunt.

Et istis quidem vocibus, semper præponuntur in oratione cum est opus, Ten/ Tego/ Temu/ *&c. Pro ratione casuum, non autem,* tá/ tey/ te/ *vt faciunt huius linguæ rudes.*

FOEMININORVM TERMINATIONES.

SI ea nomina de quibus in masculinis diximus in a desinẽtia excipias, reliqua omnia quæ in á finiũt, fœminina sunt. Glowá/ Wodá/ Nogá/ Trzodá. *Item omnia ferè nomina quæ exeunt in* ość/ *fœminini sunt generis,* Kość/ *Os ossis,* Żałość/ *Dolor vel mœror,* Młodość/ *Iuuentus, et alia infinita præsertim virtutum & vitiorum nomina. Quæ tamen bifariam efferunt interdum, vt* Głupość/ *Stultitia, aliaterminatione dicitur* głupstwo/ Przystoyność/ *Decorum.* Przystoienstwo. *Apud Reium videre est, non modo nomina hæc bifariam proferri. Sed etiam Masculina quædam fœminina fieri, vt* Błąd/ *error, ex quo fit* błędność. *Quod tamen rarum est, & poëticum. Obseruandum etiam non omnia fœminina quæ* ość *finiunt, alterã illã terminationẽ admittere quæ*

tere quæ est ſtwo. Non enim dicimus, Szedzi-ſtwo/ Sed Szedzitwość/ Canicies &c. Neq; e-contra, ſunt enim nomina deſinentia in ſtwo vel ctwo quæ non tranſeunt in claſſem eorum quæ in ość deſinunt, vt Dziewictwo/ dziedzictwo/ opilſtwo/ & ſexcenta huius generis. Non enim dicimus. Dziewictwość/ Dziedzictwość/ Opiłość. Diſſimulādum tamen non eſt, elegantius vſur pari nomina in ſtwo/ quam in ość/ Si modo ſunt in vſu, pulchrius. n. dicitur ßalenſtwo/ quā ßaloność. Sunt & aliæ fœmininorum termina-tiones: quas vſus docebit. Verum vt rudioribus ſubueniamus exempla ſubiçienda ſunt: ſine quibus iſta percipi nequeunt.

EXEMPLA VARIARVM terminationum Fœminini generis.

Náć.	*Folia à radice manātia, vt à rapa.*
Gáć.	*Via in palude lignis, ruderibus, vt alia materia ſtrata.*
Wić.	*Reſtis, Diminitiuum* witká.
Nić.	*Filum. Dim.* Nitká.
Płeć.	*Sexus & faciei qualitas.*
Chęć.	*Cupiditas.*

Obręcz.

Obręcz. *Circulus, quo dolia compinguntur.*

Trtęcz. *Hydrargyrum.*

Odmięcz. *Humidum tempus, vel tempestas humida.*

Moc. *Robor.*

Noc. *Nox.*

Wieść. *Rumor.*

powieść. *Sermo.*

przypowieść. *Paræmia.*

Cześć. *Honor.*

Część. *Pars.*

Máść. *Color. vnguentum.*

Kłoć. *Stramen longius, tegendis tuguriis.*

śmierć. *Mors.*

Sierść. *Pilus de brutis dicitur, pro ipso colore sumitur.*

Garść *Pugillus.*

Kadz. *Cadus, vel lacus, vasis nomen.*

Czeladz. *Famulitium, familia.*

Piądz. *Spychánia gołoledzi.*

Miedź.	*Cuprum.*
Młodź.	*Iuuentus.*
Stal.	*Chalybs.*
Biel.	*Album lignum quod est inter corticem & ipsum arboris cor.*
Pościel.	Sol. — *Sal.*
Látorośl.	Myśl. — *Mens.*
Kadziel.	Pilśń.
Kaźń.	*Castigatio.*
Waźń.	*Odium,*
Boiaźń.	*Timor.*
Dań.	*Tributum.*
Sień.	*Atrium.*
Broń.	*Telũ, quod defendẽdi causa gestatur.*
Dłoń.	*Palma.*
Wieś.	*Villa.*
Geś.	*Anser.*
Korzyść	*Preda.*
Roskoß.	*Voluptas.*
Myß.	*Mus.*
Weß.	*Pediculus.*
Brew̃.	*Supercilium.*
Kotew̃.	*Anchora.*
Ostrew̃.	
Konew̃.	

Straż. *Custodia.*
Gáłąź. *Ramus.*
łcż. *Mẽdaciũ.*
Obroz. *Millus.*
Twarz. *Vultus.*
Rzecz. *Res.*
Cætera huius generis vsu & exercitatione facile cognoscentur.

NEVTRORVM TERMInationes.

NEutrorum tres sunt terminationes e e & o. ideo hoc genus omnium facilime cognoscitur. Exempla e przymierze. e wymie vber. o wędzidło. frænum. In hoc genere obseruandum est multa occurrere nomina quæ Poloni neutro genere efferunt, quorum tamen alia natura sint masculina vt, panie/ paniatko/ quod diminutum est à pan/ Dominus, Herus. Alia Fœminina. Dziewcze/ Dziewczątko. Puella, Puellula. Alia communia vt szczenie/ Szczeniątko. catulus, quod Polonicè indiscriminatim tam de mare quam fœmina intelligitur.

Deniq; & diminutiua quædam in isko, natura Masculina in hoc genus transierunt, vt chłopisko/ Wilczysko/ Niedźwiedźisko. & huiusmodi.

De Genere Admonitio.

VIRorum, officiorum virilium, mensium, mulierum, & officiorum mulicbrium, ventorũ & mensium nomina genere cum Latinis conueniũt, proinde nihil de illis separatim trademus. Exempla tamen quædam propter rudiores proponemus.

Virorum vt,

piotr. Stánisław. Zbigniew.

Officiorum virilium, vt:

Ráycá. Wóyt. poborcá.

Mensium vt,

Styczeń. Luty. Márzec. Kwiecień. *quæ ex ephemeride petí debent.*

Mulierum vt,

Márgorzetá. Helena. Dorotá.

Officiorum muliebrium.

Bábá. Mámká. Mátká.

Ventorum vt,

Wschodny/ Zachodny/ południowy/ północny/ *sub.* wiátr. *quæ frequenter circumlocutione efferuntur,* od wschodu/ *Eurus,* od Zachodu/ *Zephyrus,* od południá/ *Auster,* od północy/ *Boreas, quasi à media nocte dicas.*

Fluuiorum nomina cuius sint generis, ex ipsa terminatione cognoscitur. Idem de arborum, Vrbium fructuumq; nominibus sentiendum. Quæ in a desinunt, suum .i. fœmininum sequũtur genus, sin minus aut masculino aut Neutro generi sunt adscribenda. Quod ex terminatione dignosci poterit, ob seruatis quæ de quibus sunt à nobis traditæ regulis.

Fluuiorum, Fœminini. G.

Wistá/ *Vistula.* Odrá/ *viadrus.* Wartá/ Narew. Wolchá/ *Tanais.* Dzwina. *Rubo.*

Masculini.

Dunay/ *Ister,* Dunáiec/ Nieprz/ *Borysthenes.* Niestr/ *Tiras.* Niemen/ *Memella.* Bug.

Arborum.

Arbor Polonicè est Drzewo. *Neut. g. specialiâ autem arborum nomina terminatione cognoscuntur Masc: G.* Dąb/ *Quercus.* Wiąz/ *Vlmus.* Orzech/ *Nux iuglans.* Klon/ *Acer.* Cis/ *Taxus.* Bukszpan/ *Buxus.* Bugz/ *Fagus.* Swirk. *Picea.* Brzost/ *ego roboris genus esse autumo.* Modrzew/ *Larix. &c.* Jałowiec/ *Iuniperus.*

F. G.

Omnia in a finita. Sosnia/ *Pinus.* Jodła/ *Abies.* Gruszká/ *Pirus.* Wiśniá/ *Cerasus.* Wirzbá/ *Salix. Item,* Jábłoń/ *Pomus. Circũscribimꝰ quædã vt* Laskowe drzewo/ *Corylus. dicitur etiam* leszczyná. Bobkowe drzewo. *Laurus.* Figowe drzewo/ *quæ & figa dicitur. Ficus.*

Fructus. M. G.

Orzech włoski/ żołądź/ migdał/ Káśtan/ Laskowy orzech/ *Nux, Iuglans, Glãs, Amigdala, Castanæa, Auellana.*

F. G.

Gruszká/ *Pyrũ.* Sliwá/ *Prunũ.* Wiśniá/ *Cerasum.* Broskwiniá/ *Persicũ.* Oliwá/ *Oliua.*

N. G.

Jábłko/ *Pomum.*

Vrbium nomina exterminatiõe cognosci debẽt, vt dictũ ẽ.

In hoc genere cognoscendo non multum laborandũ est: Si quæ ante dicta sunt de masculinorum, fœminorum, Neutrorum & Communium terminationibus in promptu fuerint. Accedit quod raro occurunt animalium nomina quæ vtroq; genere non inflectantur, vt suo loco dicemus. Quadrupedũ quædam Epicæni sunt generis siue masculinam siue fœmininam habeant terminationem, vt Ryś/ *quam lyncem esse puto, alij lupum cernariũ.* Łoś/ *Alces.* Sárná/ *Caprea.* Liszká/ *Vulpes. tametsi &* Lis *dicitur masculina terminatione.* Borsuk *vel* Jáźwiedź/ *Taxus vel melis.* Jeż *Erinaceus.* Wiewiorká/ *Sciurus. Auium vt* Járzabek/ *Attagen.* Kuropátwá/ *Perdix.* Drop/ *Tarda.* Wrobl/ *Passer.* Kániá/ *miluus. Piscium, vt* Karp/ *Cyprinus.* Szczukà/ *Lucius.* Łyn/ *Tinca.* Pstrąg. *Trutta.* Kárás *ego hunc piscem inter Rhombos numero. Insectorũ vt* páiak/ *Aranea.* pczołá/ *Apis.* Chrząszcz/ *Bruchus, & sexcenta huiusmodi, quæ cum duorum sint generum, tamen sub vna terminatione continentur. Distinguũt autem Poloni hoc genus epicænum, per* sámiec/ *mas, &* sámicá/ *fœmina, quæ nomina de brutis tantum vsurpant, de homine loquentes dicunt honestius,* Sam/ Sámá.

NOMINVM COMPARATIO.

Est vsitata

Est vſitata & anomala apud Polonos adiectiuorum comparatio, vſitatam voco, quæ in duobus vltimis gradibus poſitiui formam ſeruat, vt Swiety/ Swietßy/ Naſwietßy/ Sacer. Długi/ Dłużßy/ Nadłużßy/ Longus. Piękny/ Piękniejßy/ Napiękniejßy/ Pulcher. Vbi notandum eſt, in quibuſdam etiam vſitatæ cõparationis nominibus comparatiuum vna ſyllaba creſcere, vt vides in Piękny/ Piękniejßy/ in quibuſdam minime, vt Chudy/ Chudßy/ maculentus, pauper. Comparatiui igitur nota eſt ßy/ Superlatiuus fit ex comparatiuo, præpoſita particula Na/ vt Hoyny/ Hoynieyßy/ Nahoynieyßy. Biały/ Bielßy/ Nabielßy. Interdum pro Na dicunt Nay/ vt Naylepßy/ Naygorßy/ Naywizßy.

Anomala comparatio eſt, cum duo Gradus poſtremi à poſitiui terminatione & cognatione degenerant, vt Dobry/ Lepßy/ Nalepßy. Zły/ Gorßy/ Nagorßy. Wielki/ Wietßy/ Nawietßy. Máły/ Mnieyßy/ Namnieyßy. Obiter illud notandum comparatiuis interdum præponi particulam przy, vt cum dicimus, To mi będzie przytrudnieyßym. Quæ particula ſatis commodè Latine exprimetur per ſub, hoc modo. Pan ieſt przyſmutnieyßym. Herus eſt ſub triſtis. Eſt & alia comparatio ſui quodammodo iuris ex vſu ipſo cognoſcenda. Dicimus enim. Dáleki/ Dáł-

leki/ Dálßy/ Nadálßy. *Longe remotus positus vel distans.* Gedogi/ Gedozßy. Ochedozny/ Ochedoznieyßy. Vczony/ Vczeńßy. Szyroki/ Szyrßy/ Náßyrßy. *Latus.* Nadry/ Nedrßy/ Namedrßy. Lekki/ Lżeyßy/ Nalżeyßy. Wyßoki/ Wyzßy/ Nawizßy. *Altus.* Gleboki/ Glebßy/ Nagtebßy. *Profundus.* Miálki Mielßy/ Namielßy.

Ab aduerbiis, fiunt nomina comparatiua vt He-
Hesterni. *ri,* Wczorá/ Wczorayßy/ *ab Hodie,* Dziś/
Hodierni. Dzisieyßy/ *à cras* Jutro/ Jutrzeyßy/ *a nuper.* Onegda/ Onegdáyßy. *&c.* Sawno/
Crastini. Sawny/ Sawnieyßy.
Nuperi. *Mouentur adiectiua quædam duabus terminationibus, quod in comparatione non fuit omittendum.*
Plenus. *vt,* Petny/ Pełen. Wdzięczny/ Wdzięczen.
Gratus. Szczesny/ Szczęscien. Prożny/ Prożen/
Fœlix. *&* Prażen. Godny/ Godzien. Wolny/
Vacuus. Wolen. Pożyteczny/ pożyteczen.
Dignus. *Alia efferũtur per apocopen. vt* Srogi/ Srog.
Liber. Mdły/ Medł. *& alia in quibus vsus erit obser-*
Vtilis. *uandus. dicendi magister.* Smetny/ Smecien.
Seu terribilis. Syt/ Syty. *Comparatiua & superlatiua se-*
Tristis. *quuntur genus sui positiui.* vt Biały/ Biała/ Białe. Bielßy/ Bielßa/ Bielße. Nabielßy/ Nabielßa/ Nabielße.

Quod autem in Epicæno monuimus, quædam nomina sub-

mina ſubſtantiua ſub duobus generibus moueri, hoc loco eſt commemorãdum. Quod apud Polonos multò latius patet, quam apud Latinos, ni ſi vehementer hallucinor, tametſi omnia perſequi non ſit nobis propoſitum, eſſet enim prope infiniti laboris, & vſus iſta docebit. Exempla.

Krol/	Krolowa.
Kſiąże/	Kſiężná.
Pan/	Páni.
Goſpodarz/	Goſpodyni.
Stároſtá/	Stároſćina.
Woiewodá/	Woiewodzina.
podſkárbi/	podſkárbina.
podſtoli/	podſtolina.
Kráyczy/	Kráyczyna.

Huc adde alia cum dignitatum, tum artificiorum nomina fœminina, quorum non vna eſt terminatio. alia enim in owá *deſinunt, alia in* árká/ *alia in* elká/ *alia in* ini/ *vt videbimus. In* owa/ *vt* Rotmiſtrz/ Rotmiſtrzowa. *In* árká/ *vt,* Włodarz/ Włodárká. Młynarz/ Młynárká. Kucharz/ Kuchárká. *In* elká/ *vt,* Náuczyciel/ Náuczycielká. Przyiáciel/ Przyiaciołká/ *quod regulam non ſeruat.*

In hanc claſſem referri poſſunt propter affinitatem nomina Gentilia: vt,

Krześćiánin/	Krześćiánká.
Zyd/	Zydowká.

pogánin/

Pogánin/	Pogánká.
Polak/	Polká.
Moskwićin/	Moskiewká.
Tátárzyn/	Tátárká.
Węgrzyn/	Węgierká.
Niemieć/	Niemkini.
Włoch/	Włoßká.
Francuz/	Francuská.
Hiſpan/	Hiſpánká.
Cygan/	Cygánká.
Murzyn/	Murzynká. &c.
Litwin/	Litewká.
Ruśin/	Ruſka.

Eiuſdem generis ſunt & iſta.

Pánic/	Pánná.
Dziewic/	Dziewicá.
Dziedzic/	Dziedziczká.
Pijánicá/	Pijánicżká.
Złodzyey/	Złodzyeyká.
Lotr/	Lotryni.
Prorok/	Prorokini.
Cżárownik/	Cżárownicá.
Zwodnik/	Zwodnicá.
Robotnik/	Robotnicá.
Ruglarz/	Ruglarká.
Błazen/	Błaznicá.
Rmieć/	Rmiotownicá.
Niewolnik/	Niewolnicá.
Wychowániec.	Wychowánicá.

Vbi illud obiter notandum abistis nominibus in arz finitis, fœmininum semper formari in árká.

Kárzel/	Kárlicá.
Swiety/	Swiecicá.
Bog/	Bogini. &c.
Latáwiec/	Latáwicá.

Quadrupedum nomina.

Lew/	Lwicá.
Niedźwiedź.	Niedźwiedzicá.
Wilk/	Wilczycá.
Pies/	Pśicá/ *quod & ſuká ſulá & ſulicá dicitur.*
Ogarz/	Ogarzycá.
Chárt/	Chárčicá.
Wyżeł/	Wyżlicá.
Koń/	Kobełá/ Swirzupá/ Klácżá.
Oſieł/	Oślicá.
Muł/	Mulicá.
Kozieł/	Kozá/
Jeleń/	Láni/ *vel* Lánia/ *vel* Jelenicá/ *quod radicitur.*
Cielec/	Cielicá.
Wielbłąd/	Wielbłądzicá.
Wieprz/	Swiniá.

Auium.

Kur/	Kokoſz.
Cietrzew.	Ciecziorká.

Gaſior/

Gasior/	Geś.
Kaczor/	Káczká.
Paw/	Pawicá.
Orzeł/	Orlicá. &c.

Numeralia.

Plura apud Polonos declinantur numerorum nomina, quã apud Latinos.

☛ Jeden/ *Vnus.*

Num. Sing.

N.	Jeden/	Jedná/	Jedno.
G.	Jednego/	Jedney/	Jednego.
D.	Jednemu/	Jedney/	Jednemu.
A.	Jednego/	Jedne/	Jednego.
Ab.	Jednego/	Jedney/	Jednego.
Sep. Ca.	Jednym/	Jedna/	Jednym/

Plur. Num.

N.	Jedni/	Jedne/	Jedne.
G.	Jednych.		
D.	Jednym.		
A.	Jedne.		
Ab.	Jednych.		
Sep. Ca.	Jednymi.		

Jeden *sæpe vsurpatur pro* sam/ *vt*, Jeden fraucymer co kosztuie:

☛ Dwá/ *Duo.*

N. Dwá/

N. Dwá/ Dwie/ Dwie/ (*Dicitur &* Dwoie/ *& coniungitur cum Genitiuo plurali nominum tam neutrorum, quã Maſculinorum, vt,* Dwoie chłopiat / Dwoie chlebá/ Dwoie chártow/ Dwoie pſow/ Dwoie ludzi/ Dwoie pieſkow / *quod dicendi genus contemptum quendam ſignificat, & habet* Dwoie *in Genitiuo, Ac. & Ab. plur.* Dwoygá/ *Sept. Caſus.* Dwoygiem / *vt,* vßcżwał záiacá dwoygiem chártow.)

G. Dwu.

D. & Dwiemá.

Abl. & Septimus Caſus.

Dwoie/ Troie/ Ciworę ryb/ &c. *Differt à* Dwie/ Trzy/ Cżterzy ryby/ *nã* dwie rybie/ *duo piſces.* Dwoie ryby *piſces duobus modis coctos vel apparatos, vel duorũ generũ.* Troie dźiwy/ Trzy zbyty.

☞ Trzy/ *Tres Omnis generis.*

N. Trzy/ Trzey.

G. Trzech.

D. Ab. & ſeptimus caſ. Trzemá & Trzemi.

Dicimus & Troie/ *cuius & declinatio & conſtructio eadem eſt cum ſuperiore* Dwoie.

☞ Cżtery/ *Omnis generis.*

N. Cżtery/ Cżterzey.

G. Cżterech.

D. Cżterem/ Cżtermá/ & Cżtermi/ *pro ratione ſubſtantiui cum quo iungitur.*

☞ Pięć/ *Omnis generis.*

N. Pięć.

N. Pięć.
G. Pięć.
D. Pięciam.

Sześć/ *Omnis generis.*

N. Sześć.
G. Sześći.
D. Sześćiam.

Siedm/ *Omnis generis.*

N. Siedm. G. Siedmi.
D. Siedmiam.

Ośm/ *Omnis generis.*

N. Ośm. G. Ośmi.
D. Ośmiam.

Dziewięć/ *omnis generis*

N. Dziewięć. G. Dziewięći.
D. Dziewięciam. Tákże dziesięć.

A quatuor ád decẽ reperiũtur numeralia quæ desi nũt in oro *& eandẽ habẽt cõstructionẽ quã* Dwo ie/ Troie/ *de qua vide supra. Hæc aũt sunt.*

N. Cżworo/ G. Cżworgá/ D. Cżworgiem/
Pięcioro/ Pięciorgá/ Pięciorgiem.
Drzewá. Sześcioro/ Sześciorgá/ Sześciorgiem
Ludzi. siedmioro/ siedmiorgá/ siedmiorgiem
Chlebá. Ośmioro/ Ośmiorgá/ Ośmiorgiem.
Prosiąt. Dziewięcioro/ Dziewięciorgá/ Dzie-
Dzyeći. więciorgiem.
&c. Dziesięcioro/ Dziesięciorgá/ Szieśie-
ciorgiem.

A decem

A decem vſq; ad viginti, additur particula hæc naſcie *nommibus numeralibus, vt* Jedennaſcie/ Dwánaſcie/ Trzynaſcie/ *&c. manẽte ipſo nõme declinabili,* Dwánaſcie/ Dwie manaſcie/ Pieciornaſcie/ Pieciorgánaſcie/ *&c. Sic* Dwoienaſcie/ Troienaſcie/ Czworonaſcie/ *&c.*

Viginti,	Dwádzieſciá/	*õnis generis.*
Trigimta,	Trzydzieśći/	
Quadragimta,	Czterdzieśći/	
Quinquagimta,	Pięćdzieſiąt/	
Sexagimta,	Sześćdzieſiąt	
Septuagimta,	ſiedmdzieſiąt	
Octuagimta,	ośmdzieſiąt/	
Nonagimta,	dziewięćdzieſiąt	

Centum. Sto. ☞ Kilká *declinatur hoc modo,* kilká/ kilku/ kilkiem/ *& eſt omnis generis,* kilká chłopow/ kilká białych głow kilká panięt/ *Quidam dicunt,* kilo/ kilko, *quod Ruthenicum eſt. In obliquis obſeruanda ẽ huius vocis cõſtructio* kilká groſzy/ kilku groſzy/ kilkiem groſzy/ kilká oſob/ kilku oſob kilkiem oſob/ kilká pſow/ kilku pſow/ kilkiem pſow/ *&c.* kilkánaſcie/ *aliquot ſupra decẽ vſq; ad vigiti,* kilká dzieſiąt/ *aliquot ſupra viginti vſq; ad centũ,* kilká ſet/ *Aliquoties centum vſq; ad mille. Quod dicitur* Tyſiąc/ *& ſic declinatur.*

Numero Singulari,

N. Tysiac/ *Masculi: Genet:*
G. Tysiacá/
D. Tysiacu/
Sep. Cas. Tysiacem.

Numero Plurali,

N. Tysiecy/ Tysiacá/
G. Tysiacu/ & Tysiacy/
D. Tysiacom/
Sep. Cas. Tysiacmi.

Sto/ Dwieście/ Trzy stá/ Cżterzy stá/ Pięć set/ *vsq; ad* Tysiac.

Tysiac/ Swá tysiacá/ Trzy tysiace/ Cżterzy tysiace/ Pięć tysiecy/ *vsq; ad centum millia, & deinceps.* Jeden groß/ dwá großá/ trzy große/ Cżterzy große/ pięć großy/ *& ita deinceps. Vbi notandum est, substantiuum sequi euphoniæ causa, terminationem nominis numeralis contra naturam declinationũ. Dicimus in plurali* konie/ *Equi, & Latinè Dicitur, Duo equi. Polonicè vero, Non* dwá konie/ *Sed* dwá koniá/ *cum* konia *fit terminatione singularis numeri.* Trzy/ Cżterzy konie *regulariter, at* pięć/ Sześć/ Siedm/ *&c.* Dziesięć/ Dwádzieściá/ Trzydzieści/ *&c.* Sto/ kilká set/ Tysiac/ kilká tysiecy koni/ *& ita de reliquis sentiendum.*

Idẽ de Fœminino & Neutro est iudiciũ, Jedna Sztu-

ná Sztuká/ Dwie Sztuce/ Trzy/ Cztery ßtuki/ pięć/ Szesć ßtuk/ &c. Jedno oko/ dwie oce/ trzy oká/ cztery oká/ pięć ßeść/ ſiedm/ &c. ok/ &c. *Sciendum tamen hoc non eſſe perpetuum vt ſubſtantiuum ſequatur nominis numeralis terminationem. Dicimus enim* Swá chłopi/ dwá wory/ dwá domy/ *&c. quæ vſus docebit.*

Sunt quædam nomina à numeralibus compoſita q̃ Latino carent nomine. Sed periphraſi exponuntur, vt Sámowtor/ Sámotrzeć/ & Sámotrzeći/ Sámoczwart/ & Sámoczwárty/ Sámopiaty/ *& ita deinceps, quæ tribus generibus inflectuntur* Sámowtorł Sámowtorá/ Sámowtore/ *&c.*

Latine explicantur per participium comitatus, vt Sámowtor przyiechał/ *venit vno comitatus, vel vnum habens comitem, vel cum vno comite, & ſic de reliquis.*

NVMERI.

PRæter numeros Singularẽ & Pluralẽ, quos Poloni cum reliquis linguis habent communes Dualem numerum apud eos reperio. Sed in quibuſdam Pronominibus & verbis tantum, tameſi & occurrunt nomina quædam in conſtructione duali vt in verbis dicetur. Quæ de re ſuo loco dicemus. Cæterum numerorum terminationes ex declinationibus cognoſcentur.

CASVS.

Bodaybym *&* bych *&* ábym miłował/ *(Hîc nulla fit traiectio, vt in Indicatiuo* Jam miłował/ miłowałem*)* Boday byś miłował. Boday by miłował. *Pl.* Bodaybyśmy miłowáli. Bodaybyście miłowáli. Bodayby miłowáli.

Præteri-

Præteritum perfectum & pluſquã perfectum.

Boday ábym mitował/ &c.

OBSERVAT IO.

Pro Boday *ſæpe dicimus,* Day/ *vt* Day zdrow pił. Day to áby *&c. & contracte ſine* by. Boday mitował/ Boday ſpał. *quod dicendi genus tertiis ferè perſonis accommodatur. Dicimus etiam,* o bych był/ *vtinam eſſem &c. id eſt* Boday ábych był/ *interdũ o optandi omittitur.*

PARADIGMA Subiunctiui.

Præſens & imperfectum mutuatur ab indicatiuo, vt Gdyż miłuie/ *Cum amem.*

Gdym mitował/ *Cum amarem, particulæ autem* By/ *&* Jeſliby *non niſi imperfecto & perfecto & futuro iunguntur vt* Bych mitował/ Jeſlibych mitował. *Si amarem, ſimiliter &* Gdyż/ *vt* Gdyżem mitował. *Cum amarem, & amauerim.* Jeſliby mitował. *Si amauerit.* By przyiechał/ *Si et cum venerit. In potentiali ſemper* by *ſubijcitur, vt amarem,* Mitowałbych/ mitowałbyś/ mitowałby. *&c.* Jechałbych/ Tenby ſie vczył.

Quanquã & pluſquã perfectum hoc modo efferimus, vt veniſſem ſi iuſſiſſes, Przyſłałbym był/ byś był roſkazał. *Integra coniugatio ab indicatiuo petatur.*

bym et by
Byś by.
Byſmy et
Bychmy.
byſcie, by
Gdyżem
gdyżeś.
Gdyż
gdyſmy.
gdyżeſcie
gdyż.

Li pro ieśli/ verbis adiungitur. Chceßli/ *Si ius,* Moześli/ *Si potes, & ita de reliquis.*

Obseruandum, by *interdum peculiari quadã significatione vsurpari, vt modo imperandi, modo optãdi vim habeat, vt* Byś milczał. By domá siedział/ *quod est, ad verbum, si tacueris, id est, Tace, si domi sedeat, id est, domi se contineat, quod vsus ipse declarabit.*

▼ *INFINITIVVS.*

Vide supra infinitiuorum terminationes.

Præsens. Miłowáć/ *amare,* Vczyć/ *Docere.* Czytáć/ *legere. Futurum,* Bede miłował/ Mam miłowáć/ *amaturum esse, & sic de reliquis.*

▼ *PASSIVA.*

Trifariam passiua exponuntur Polonis, vt antemonui, aut enim ex participio præteriti perfe. temp. & verbo substantiuo cõstat, vt Jeśtem nálezion/ *ab actiuo,* Náyduie/ *Inuenior, Inuenio, aut tertia pluralis indicatiui præsentis cum casu vsurpantur, vt* Náyduią mie/ *Inuenerunt, id ẽ, Inuenior.* Vczą mie/ *Doceor, cũ nominatiuo certo careat, Passiuè exponi debet, vt si quis dicat,* Choć śie złodziey kryje/ á wżdy go náyduią/ *id ẽ, Etsi fur latitat deprehenditur tamen. Aut per pronomen Si quis impersonalem locutionem hoc nuncupare malit, esto sanè: cum in hac lingua impersonalia accusatiuum habeant. Ego tamen passiuum esse nõ dubito.* To przynie śiono. *Hoc allatũ est.* W ksiegi wiedziono. *In acta relatum est.*

men sie/ exprimitur. Nayduie sie/ Inueni-or, Opilem sie/ Ebrius sum. Quod paßiuorũ genus & Italis est familiare cum dicunt, Quæsto se truoua, To sie náyduic. Quello se fa, To sie dzieie/ Quod & Galli & Germani vsurpãt.

Paßiuorum species, cum ex verbo substantiuo & participio constat, vtrunq; suo loco requirendũ est. In hac autem specie, variantur verba per tria genera adiectiuorum more.

Secundæ speciei coniugationem infra in imperfonalibus, Náyduia/ Náleziono/ Nayda/ vide infra.

Tertia species ab actiuorum coniugatione mutuanda est, Náyduie sie/ Náyduieß sie/ Náyduie sie/ &c.

Si quid aut difficultatis in Participio præteriti temporis paßiuo inueniendo occurrerit, perfectum actiui consulendum est, à quo Participiũ paßiuum formatur, cuius rei hæc exempla & regulas subijciam.

REGVLA GENERALIS.

Verba primitiua, paucis anomalis exceptis, et frequentatiua in Am/ desinentia, formant paßiuum præteritum participij, in Any/ & Ony. Szukam/ Szukány. Spiewam/ Spiewány. & eorum composita. Slychan/ Slychány. Fukam/ Sfukány. A Mam/ et miewam/ quæ in hac lingua neutra esse viden

tur, & quibuſdã alijs, non formatur participiũ paſsiuum. Nemo enim ſanus dixerit, Miany/ Miewány. Ścinam/ Ścinány. Pokrapiam/ pokrapiány. Jmáć/ Jmány. *et. Quæ in* Ony/ Zdradzam/ Zdrádzony. Zdarzam/ Zdárzony. Oſkarżam/ Oſkarżony.

Item quædam quæ e impurum habent, & quæ in áć/ in eć/ & in uie/ deſinunt: ſimiliter formãt hôc participium in Any/ *vt* Orzę/ Orány. *ablato* z. Miłuie/ Miłowány. Lać/ Lany/ *&* lity/ *quod adiectiuumeſt, non participium, vt quidem iudico,* Bráć/ Brány/ Wybrány. Siać/ Siany. Klwáć/ Vklwány. Plwáć/ Vplwány. Szczwáć/ Vßczwány. Tkáć/ Tkány. *& compoſita,* Nátkány/ Przetkány/ *&c.* Widzieć/ Widziány/ *quod habet in Plur. Numero* Widzeni.

Promiſcuæ terminationes.

Poymuie/ Poiety/ *à ſimplici,* Jety. Náyduie/ Náleziony. Nápominam/ Nápomniony/ & Nápominány. Poczynam/ Poczęty. Przede/ Przedziony. Tnę/ Ciety/ Vcięty.

Hinc, Roſpięty/ Nápięty/ Roſpinam/ & Nápinam/ & przypinam/ &c. & Zágięty/ à Záginam.

Krádnę/

Krádne/ Krádziony. Ciagne/ Ciagnio
ny. mkne/ *à quo* pomykam/ pomkniony.
Tre/ Tárty. Noße/ Noßony. *& cõposita.*
Dre/ Dárty. Siedze/ Siádły. *& compo-*
sita quæ nomina potius quam participia sunt, vt
Ssiádły/ Osiádły. *&c.*

Ab Jde/ *compositum est,* Dochodze/ *vn-*
de Doßły/ *quod perfectum & maturum sonat,*
ego nominibus talia non participijs ascribo.
Rádze/ Vrádzony. Wiße/ Wießony/ *et*
Obießony/ *&* Záwießony/ *ab alijs compo-*
sitis, Cießę/ Cießony/ Vcießony/ Pocie-
ßony/ *&c.*

Sadze/ Sadzony. Wiode/ Wiedzony.
Jem/ Jedzony/ *ab hoc verbo fit,* Sniedny. *Es-*
culentus vel esui aptus.
Stawie/ Stawiony. Rozumiem/ rozumiany.
Dme/ Nádymam. Dety/ Nádety.
Sidle/ Vsídlony. Bronie/ Broniony.
Wikle/ Vwikłány/ Chronie/ Vchroniony.
Vmiátam/ Vmieciony. Karmie/ Karmiony/
vnde Karmny/ *vt* Karmny wol/ Karmny ká-
płun/ *Altilis.* Myie/ Myty.
Szyie/ Szyty. Ryie/ Ryty.
Pije/ Pijány/ *&* Pity/ *Poculentus nomen, vel*
potui aptus, vt Miod pity/ *Mulsum.*
Robie/ *& composita,* Robiony/ Vrobiony.
Trzese/ Trzesiony/ Drapie/ Drapány.

Bode/ Bodziony/ Trápie/ Trapiony.
Zne/ Zety. Leczyć/ Leczony.
Kłne/ Klety. Strzege/ Strzeżony.
Słubuie/ poślubiony. Topie/ Topiony.
Sypie/ Sypány. Krwáwie/ Krwáwiony.
pießcze/ pießczony. Sieke/ Sieczony.
Mowie/ Mowiony/ Rzeczony.
Karze/ Karány. Párze/ Párzony.
Pieke/ Pieczony. Racze/ Vraczony.
Wloke/ Włoczony/ Gárdze/ Gárdzony.
Czcze/ Czciony. Bije/ Bity.
Gryze/ Gryziony/ Ogryziony/ & Ogryzły *nomẽ.*
Chodze/ *à quo cõposita,* Przechodzony/ *etc.*
Moge/ *vnde* Przemagam/ Przemożony/ & Zamagam sie/ *habent* Zamożyßty/ *nomen.*

Kole/ Kloty.
Porze/ Proty.
Tłuke/ Tłuczony.
Skube/ Skubiony & *cõposita.*
Skubie/ Skubány.

Roßte/ *habet* Roßty/ *quod est non participium, vt* Koń roßty. *Equus grandioris staturæ, vel molle.*

Cætera quis facile conijciat, si hæc semper in promptu habuerit.

Quæ non habent paßiuum participium, sic circunloquimur, Jam iest śmetny/ *pro* Śmie ce śie/

ceſie. Smutny/ & Zásmucony/ pro ſmu ceſie/ Zásmucam ſie.

Quod antea monui, quædam vltimam vocalẽ amittere, diligenter obſeruandum eſt, vt Po czet/ *pro* Poczety. Poiman/ *pro* Poimány. Vbit/ *pro* Vbity. Pȳan/ *pro* Pȳány. Vſieczon/ *pro* Vſieczony.

℣ IMPERSONALIA.

Duas impersonalium classes initio constituimus. Alia enim in a desinunt, aliam terminationem sortita particula ſie *adsciscunt. Quæ a finiunt à personalibus sumpta sunt: nempe à tertia persona plur. indic. præsentis cuius paradigma subijciemus.*

Indicat. Præs.	Gráia/ *Luditur.* (*sumẽ.*
Pluſquã perfe.	Grano/ *Ludebatur, & lu-*
Imper. & Perf.	Grano było/ *Luſumerat.*
Futuro,	Beda gráć.
Optati. Præſ.	Boday grano.
Perfect.	Bodayby było grano.
Futurum,	Bodayby grano.
Subiun. Præſ.	Gdyby grano.
Perfect.	Gdyby było grano. *etc.*

Sni ſie/ Snimi ſie/ Snito mi ſie/ *cum ablatiuo & o.*

Præteritum horum verborum formatur à præterito paſsiuo, vt Milowano/ Lano/ Poieto/ poimano/ Krádzione/ Tárto/

Dárto/ Siedziano/ Szto/ à ßedź/ & composita, Podeßto/ Odeßto/ & à frequentatiuo, Jeźdzano/ Skubiono/ Bito/ Bijano. Byto/ Bywano. Tłuczono/ Stłuczono. Kloto/ Kolono. Możono/ Scięto/ Ścinano. Náleziono. Wiedziono. Wodzono. Wożono. Jedziono. Myto Vmywano. Szyto/ Szywano. Vmieciono. Klwano. Plwano. Trzęsiono. Przedziono. Bodziono. Żeto. Poczęto. widziano. Sieciono. chodzono. Protostrzyżono. Broniono. Karmiono. Ryto. Orano. Kleto. Mowiono/ Rzeczono/ Rzekło się/ Powiedano & Powiedziano/ *Sed istud est perfectum illud frequentatiuum,* Sypano/ Suto/ *à* Suć/ *etc. Hæc autem casum recipium,* vt Widziano go/ *visus est.* Zábito go/ *Interemptus est, quod de iis intelligendum est quæ ab actiuis formantur.*

PARadigma posterioris formæ.

Indicat. Præs.	Dzieie się.	Cuie się.
Impe. & perf.	Działo się.	Cnęło się.
Pluſquã perfect.	Działo się było.	(się.
Futuro,	Będzie się działo.	Żecnie
Impera. Præs.	Niechay się dzieie.	
Futurum,	Niechayby się działo.	
Op. præs. et Impe. prætermisso by.	Bodayby się działo. &	

Pluſquam

Pluſquam perfe. Bodayby ſie było działo

Obſerua quod ſupra monui in hoc modo & Subiunctiuo ſæpe omitti, Boday & gdy/ *præſertim in imperfecto, vt* Robiłoby ſie/ *Laboraretur.* Jádłoby ſie/ Jużby ſie ſpało/ *ſicut in actiuo dicimꝰ,* Spałbych/ Jadłbych/ bym miał co/ *&c. quæ conditionem ſignificant.* Byś y zdechł/ Byś mie nabárziey prośił/ *conſequentiam negationis ſignificant, id eſt, non faciam quod poſtulas.*

Subiũctiuus planè cũ Optatiuo cõuenit voce.

CONIVGATIO Verbi Subſtantiui.

Indicatiui Præſens.

Jeſtem/ Jeſteś/ Jeſt.
Jam ieſt/ Tyś ieſt/ On ieſt.
Jeſteſmy/ Jeſteſcie/ Sa.

Imperfectum &c.

Byłem/ Byłeś/ Był.
Jam był/ Tyś był/ On był.
Byliſmy/ Byliſcie/ Byli.

Fœminimum.

Byłam/ Byłáś/ Była.
Byłyſmy/ Byłyſcie/ Były.

Neutrum.

Byłom/ Byłoś/ Było.
Byłyſmy/ Byłyſcie/ Były.

Futurum.

Bede/ Bedzieß/ Bedzie.

Bedziemy/ Bedziecie/ Beda.

Imperatiui Præsens.

Niech bede/ Badź/ Niechay bedzie.
Badźmy/ Badźcie/ Niechay beda.

Futurum.

Niechaybych był/ Badź/ Niechayby (był.
Niechaybyśmy byli/ Byście byli/ Niechayby byli.

Optatiui Præsens.

Bodaybych był/ Byś był/ By był.
Bodaybyśmy byli/ Byście byli/ by byli.

Vtinam fuissem & si fuissem.

Imperf. etiã Subiunct.

Bych był/ Byś był/ By był.
Byśmy byli/ Byście byli/ By byli.

Plusquam perfectum.

Byłbych był/ Byłbyś był/ Byłby był.

id est, fuissem.

Infinitiuus.

Być. *Participium,* Bedac.

Być/ *cũ Datiuo, Futurum significat, vt* Być dzdzowi/ *pluet,* Być mu v nas/ *ad nos veniet &c.*

PARTICIPIVM.

Participia,

PArticipia cûm adiectiuis sint similia, quicquid ad eorũ cognitionẽ erit necessarium, inde peti poterit, loquor autem de genere. Declinatione. Casibus. Numeris. etc. Temporis autẽ cognitio huius loci est propria.

Terminatio actiua, præsentis temporis masculini generis, ac. Fœmin. aca. Neut. ace. Kmieć robiac/ Kmiotowná robiaca/ Bydło robiace. Obseruandum tamen, terminationem ac/ sæpius pro Gerundio in Do vsurpari: & omnis est generis, vel explicatur ꝑ subiunctiuum. Ociec vmieráiac dzieći swe brátu poruczył. Mátká list czytáiac omdlálá. Bydło orzac zdechło. id est, dum moreretur, dum legeret, dum laboraret, vel moriens, legens, laborans. Notanda sunt anomala, Jem/ Jedzac. Mowie/ Mowiac/ & rzekac/ árzekam/ & rzkac/ vnde, Nierzkac. Latine, Nedum, vel tantum abest, ad verbum, non dicendo. &c. Ab indicatiui persona prima formatur hoc Participium & facilime ac nullo prorsus negotio inueniri potest.

DE PARTICIPIO ACTIuo præteriti temporis.

Poloni in Participijs actiuis imitantur Græcorum aoristum primum. Latini hoc participium efferunt per ablatiuum absolutum passiuæ vocis. Eius terminatio est szy. Sicut Græci σας, vt ἀριστήσας ποιήσας.

Ziadszy kes/ poiedziem w droge. Przeczytawszy ksiegi/ spalił ie. Przepisawszy ten list/ wroćże mi gi. *Quo dicendi genere nihil apud Polonns est frequentius, neq; elegantius.*

FVTVRVM.

Nulla est peculiaris vox huius temporis in participio. Quoties autem opus est, nos futuro indicatiui vtimur, vel circunloquimur per verbũ habeo. Sum iturus. Poiádę/ *vel* Mam iechác. *Sum scripturus.* Bede pisał/ *vel* mam pisáć.

Passiuæ quoq; vocis nullum hic futurum habemus sed circunlocutione vtimur. vt amandus, Godzien miłośći/ Godzien ábygo miłowano/ *vel* ktorego beda miłowáć/ *et sic de reliquis.*

De participio passiuo præteriti tẽporis, vide supra in verbis passiuis, vbi copiose hanc partem prosequuti sumus. Quod ad participij Syntaxim attinet, ne plura à nobis commemorentur, planè sequitur sui verbi constructionem, vt Miłuie pieniądze/ Miłuiąc pieniądze. *&c. Quare in Syntaxi nos de participio nihil trademus.*

ADVERBIVM.

Aduerbia-

A Duerbiorũ voriæ cũm terminationes, tum significationes sunt. Admittunt etiam comparationem vt & apud Latinos. Alia autem à se existunt, alia aliunde orta.

Terminationum aliæ sunt a/ vt Kryiomka/ Tectè. piechota/ quod & pießo/ dicitur pedestri itinere. Aliæ sunt kiem/ vt Milczkiem/ Taciturè. Narokiem/ Data opera. Catkiem/ Dußkiem/ Poiedynkiem/ & illa puerilia. Pezem/ Lorem. Alia in mie/ Omácmie/ Obscurè, vel in tenebris, vt Omacmie siedzieć. Alia in ie/ quæ terminatio est vsitatißima, vt Pieknie/ Pulchrè. Alia in ecz/ vt Wreczʒ/ comminus, & dozab tametsi ad nomen pertinet, videtur tamen in Aduerbiũ transire. Alia o/ vt Trudno/ Difficulter. Prożno/ in cassum. Pusto/ vt Pusto domstoi. Solitudo est domi. Alia in wie/ vt Ledwie/ Vix. alij dicũt Ledwe/ & Záledwe. Alia in ko/ vt Dáleko/ Procul, pro quo dicimus etiam Opodal/ quod satis commode Latinè expresseris per longiusculè. vt Jeßcze opodal miásto. Adhuc lõgiusculè distat oppidũ.

Declinationis speciem ista aduerbia habere videtur, vt Z dáleká/ Z dála/ z wysoká/ z głoboká. Aduerbiis etiã loci annumerari possunt, Z zastola/ Z załáwia/ przezdzieki/ Z zaczapcza/ Z zarzecza/ quæ vno verbo Latino exprimine-

exprimi nequeunt, vt Jdez zarzecza/ *Venio, abea parte, quæ transfluuium est, & sic de alijs.* (*His addi potest,* Poprzek/ Ná vkoś/ Ná prost/ Wciąż/ *& similia.*)

Aduerbijs etiam adcenseri potest, Oslep/ *id est, clausis oculis,* Cyt/ *tacite. Sed ex significationibus ipse terminationes elucescent, quas succinctè trademus.*

Quæ à se existunt, Dziś/ Dzisia/ *Hodie, quod tamẽ videtur esse à* Dzień/ *Dies,* Jutro/ Jutroß/ *cras, quod ego à nomine* Jutrznia/ *&* Jutrzenká/ *id est, phosphorus stella, deduco.*

Aliunde orta, vt Wieczor/ *vesperi. Quædam huius claßis circunloquimur, vt* Po Polsku/ Po Niemiecku/ Po Włosku/ Po czemu/ Po iákiemu/ Po náßemu/ Po stáremu/ Po Bákwárku/ *quod elegãter formauit doctiß. Kochanouius. Quædam bifariam efferuntur, vt* Lákomo/ Lákomie/ *Auidè, & similia.*

▼ SIGNIFICATIONES.

Loci, id est, in loco. Hîc, Tu/ Sám/ Aywo/ Ayw. *Illic.* Tám/ támo. *Istic.* Tám/ gdzieś ty iest. *Ibi,* Tám/ Owdzie. *Vbi,* Gdzie. Gdzie wziąć tu wziąć/ Gdzie nábyć tu nábyć. *peculiaris phrasis quod dicitur. Nõ quærẽdũ vbi aliquid haberi iure poßit*

sed o-

sed omnino habendum esse, sine vllo delectu. quo iure qua iniuria. &c. Kedy/ Gozieß/ Kedyß. *Vbicunq;* Gdzie/ & Kedykolwiek. *Vbiq;* Wßędy/ & Wßędzie. *Vbiuis,* Ledá gdzie/ Ledákedy. *Alibi,* Indziey. *Intus,* Wnątrz/ Wewnątrz. Bliſko/ Blizu. Naciesni/ Naprzeſtrzeni. *Foris.* Ná dworze. *Supra,* Ná gorze. *Infra,* Ná dole. *Præſto.* Pogotowiu/ *vel* Nádoredziu/ *id eſt, in promptu.*

Ayw.

Ad locum, Huc, Sám/ *Illic,* Tám/ *Iſtuc,* Tám. *Eò,* Tám.

Quò, Gdzie/ Kedy. *Quocunq;* Gdzie/ & Kedykolwiek/ Náktorakolwiek ſtrone. *Foras,* Precz. *Introrſum,* Wnątrz. *Retrorſum,* Wſpák/ Názad. *Surſum,* Ku gorze. *Deorſum,* Ná dol. *Quorſum,* Ktoredy. *Leuorſum,* Ná lewo/ Kſobie. *Dextrorſum,* Ná práwo/ Od ſiebie/ *Verſus.* Ku/ & Ná/ *Adde.* Wtwarz/ Wznák/ *Pronè, Supinè.*

De Loco. Hinc, Stad. *Illinc,* Stámtad. *Inde,* Zowad. *Vnde,* Skad. *Alicunde,* Skad. *Infernè,* Odeſpodz/ Zdołu. *Supernè.* Zwirzchu/ po wirzchu/ Ná wirzchu. *Poloni dicunt peculiari quadã phraſi,* Przyiechał wirzchem/ *id eſt,* Ná koniu. *ad*

niu. *ad ſtatuendum diſcrimen itineris pedeſtris & curulis. Deſuper,* Zgory.

Per locum, Hac, Tędy. *Illac,* Gwędy/ Onędy. *Iſtac,* Tam tędy. *Peregrè,* Precz. *Abeo peregre,* Jádę precz. *& Abſum peregre.* Jám ieſt w gośćinie. *Hinc,* Zágośćić ſie. *Diu domo abeſſe, & peregrè abeſſe, &* Rozgośćić ſie. *Itineris impedimenta deponere, & quaſi reſpirare.* Jedzie z gośćiny. *Peregrè redit. Domi,* Domá/ W domu. *Militiæ,* Ná woynie. *Humi,* Ná ziemi. *Ruri,* Ná wśi.

Temporis, Hodie, Dźiś. *Cras,* Jutro. *Nunc,* Teraz/ Ná ten czás. *Nuper,* Niedawno. *Aliquando,* Niekiedy/ Czásem/ *Iam,* Już. *Tum,* Tędy. Tym czásem/ Wten czás. *Mane,* Ráno/ Z záránku/ S poránku/ *& diminutiuum* Rániuczko. *Sero.* Pozdno/ *vnde verbum.* Opozdźić ſie/ *Tardius venire, vel Sero. Semper,* Záwżdy/ & záwße. *Pauliſper,* Málo/ Máluczko/ Náchwile. *Quo ad,* Jle. *Quãdiu,* Pokí/ Dokad/ Sotad. *Hactenus. Iam,* Teraz. *olim,* Kiedyś/ Przed láty/ Z dawná. *Modò,* Dopiro/ Dopirko/ Dopirucźko. *Pridem,* Dawno/ Sawienko z dawná. *Dudum,* Dawno/ Długo. *Nuper,* Niedawno/ Onegda/ *vnde* Onegdáyßy/ *Nuperus.*

w tym, id eſt, interea, w tym przißedł wieczor.

perus, Niedawienko/ *Nuperimè.* *Antea,* Przedtym. *Heri,* Wczorá. *Nudius tertius,* Trzeciego dniá/ *&c.*

Postridie, Názáiutrz/ *Perendie.* *quidam interpretantur* przez dzień/ *quod non placet, cum diem significet qui postridianum sequitur.* *Interpretor,* Po iutrze. *In posterum,* Ná potym/ Od tad/ Od tego czásu. *Nunc huc, nunc illuc.* To tám/ to sam. *Modo, id est, paulo post,* Po chwili/ Wnet/ Náty-chmiast. *vsq;* Aż. *quod inepti quidam dicũt* ex idioma *sequuti Mazouiticũ verbis ad locum & de loco significantibus iungitur.* Jest áż z Rzymá/ *Roma vsq;* Postał áż do Rzymá. *Romam vsq;* *Subinde,* Często. *Adhuc,* Jeßcze. *Adde.* Wespiaczki/ W pierwo spy.

Skoro. *Postquã.* *Vbi.*

Numeri, Semel, Raz. *Bis,* Dwárázy/ Po drugie. *Iterum,* Dwá kroć. *quod non inflectitur.* *Dicimus autem,* Pięć rázow. *sed,* Pięć kroć/ *& sic in infinitum.* *Toties,* Tyle kroć. Tyle rázow. *Quoties,* Jle kroć/ Jle rázow. *Sæpe,* Często/ Częstokroć. *Raro,* Rzadko. *Rursus.* *Iterũ,* Záśie/ *&* Powto-re/ *&* Znowu/ *Vnde* Powtarzáć/ *Iterare.*

Negandi, Non, Nie. *Neq;* Ani/ Ni. *Minimè,* Namniey/ Bynamniey/ Bykaßká. *Nullatenus,* Żadną miárą/ Żadnym

dnym sposobem/ Zadnym obyczáiem/ Nikakie/ Nikáko/ & Owßeki/ & similia exoletis relinquimus aniculis, & monachis.

Affirmandi, Ták/ *Ita*. Owßem/ Bá/ *Quippe*, *Etiam*. *Quod etiam proprie respondet nostro* Też/ *vt*, *Etiam dæmones Deum metuunt*. Też Cżártowie Bogá sie boią. *Vtimur etiam in ecliptica oratione & eaquidem reprehẽsoria vt aliqua iniuria affecti dicimus*. To też. *deficiente oratione innuere volumus, id nobis displicere*. *Contemptum interdum significat, interdum affirmant. vt si quempiam cœlo tactum dicas aut mortuum, respõdeat alter*, Złyć też był/ *quasi dicas, merito sceleratus, enim aut cert erat, quæ vsus melius docebit*. Ták wczás/ *Sic satis vel mediocriter*. Záprawde/ Poprawdzie/ Wprawdzie/ Iście/ Záiste. *Certè*, *Profecto*. Práwie/ *Planè*. Nowßem/ *Maximè*. Bezpochyby/ Bezpochybnie.

Demonstrandi, *En*, Oto. *Ecce*, Owo. *Hẽ*, Owo ia. Ano/ Ali/ Aliż/ Aliści.

Optandi, Boday/ *Vtinam*. O By/ *O Si*.

Hortãdi, Nuż/ & Nuże/ *Eia*, *Age*, *Agedum*, *Agite*, & Nuż iedno/ Nu iedno.

Ordinis, Zá tym/ Po tym/ *Deinde*. Ná potym/ *Deinceps*. Nápochwilek/ Pochwili/ *vt* Schoway mi to ná pochwilek. *Mihi hoc reponi aut asserua, vt paulo post vtar*.

vtar, videtur esse temporis non ordinis. Rázem/ Simul. Zárázem/ Z strzaſkiem/ Protimus, Cõtinuo. Przedtym/ Przodkiem/ Antea. Potym/ Poſtea. Pochwili/ Náoſtátek/ Náwet/ Konieczinie/ Deniq. Tameſi Konieczinie/ affirmandi ſit, & ſignifiret, omnino, plane. Nádto/ Druga/ Ktemu/ Præterea. Wzaiem/ viciſsim. Náprzemiány/ Idem, quod et alternatim & alterius dicitur. Interrogandi. Czemu/ Sla czego/ Cur, Quare. Kiedy/ Quando, Aza/ Azaß/ Zaß/ Za Zali/ Num. Nunquid. Nonne. Co/ Czemu nie/ Czemu ták/ Quid. Quidni. Quid ita. Similitudinis, Jáko/ Jákoby/ Jáko iedno/ By/ Quaſi, Ceu, vt Tanquã. Ták iáko/ rzkomo/ & wrzkomo/ quaſi, Rzkomo nie wieß. Quaſi neſcias, vel perinde ac ſi neſcias. Tákże Gwák/ Tákież/ prout. Rownie/ Æquè. Perinde. Wßytko záiedno/ Ináczey/ Inák/ Nieináczey/ Aliter. Secus. Non ſecus. Bifariam conſtruitur, vt Nieináczey iáko/ & Nieináczey/ iedno iáko/ Non ſecusquã, Ktorym obyczáiem/ Wktóry obyczay. Quo modo.

Qualitatis, Mężnie/ viriliter. Dobrze/ Zle/ Benè. Male. Prętko/ Celeriter, quæ interdum bifariam efferuntur, vt Mocno/ Mocnie. Lácno/ Latwie. Smießno. Smießnie/ Ledwo/ Ledwie. Srogo/ Srodze. alia in

o/ *tantum desinunt, vt* Płocho. Twárdo. Długo. Teßno. Prożno/ Po prożnicy/ & *quæ gestum significant,* Sztychem/ *Punctim,* Płáza. Vrywcza. Vriwka. Strzaskiem/ & *ista.* Jednáko/ *vno modo* Dwoiáko/ Troiáko/ Dziesiecioráko/ &c. *Bifariam, Trifariam, Decem modis.*

Quantitatis, Wiele/ *Multum;* Siłá/ *quod cum nomen sit, in aduerbium transit,* Siłá pieniedzy/ *vis, id est, multum pecuniæ,* Bárzo/ *Multum, Valde.* Máło/ & Kasek/ *Multum,* Dosyć/ & Dość/ & Dośći/ *Pöeticè. Satis.* Názbyt/ *Nimium.* Doßczatká/ *Penitus, omnino prorsus. Composita cum* práwie/ *vt* Práwie cudnie/ *Perpulchrè. Composita cum* przy/ *vt* Przydußnieyßym/ Przystráßnieyßym/ *de quibus in nomine diximus.*

Item hæc, Niemal/ Bez máłá/ Blisko tego/ O włos/ & *illud raucidũ* Jákmiarz/ *ferè sic interpretantur, penè, prope, propemodum, fere, & ferme. Huc pertinet & vsitata illa in hac lingua locutio.* Dobrze żyw/ *pro,* Ledwo żyw/ *quod vehementer irasci significat. Ego hinc natum esse hoc dicendi genus existimo. Adeo bile efferueo, vt præclare mecum agatur, quod sim superstes.* Dobrzem żyw ná cie/ *Vehementer tibi succenseo. Item* Zle/ *pro vix sumitur:* Zle był przyiechał/ Zle sie okazał/ *pro eo quod est,*

Dobrze nießaleie id ẽ, mało nic. by dobrze skonał. etiam si animam agat.

Ledwo

Ledwo przyiechał/ Ledwie sie okazał. *Quod explicare possumus, per* Dopiero. *Sed in hac locutione obseruandum est vt semper aliquid subyciatur, vt* Zle s siadł s koniá/ á vmárł. *Huc addenda sunt & ista,* Lekko/ Polekku/ Po mału/ Po kesu/ Po kasku/ Ledwie/ Ledwo/ Záledwie/ *Sensim, Paulatim, Pedetentim, Ægrè, Vix.*

Dubitandi. Snadź/ Podobno/ Co wiedziec/ Jesli/ *Forsan, Forsitan, Fortasse, Vtrũ, An.* *Czy, & czyli ꝙ min. comptum est.*

Personis attribuuntur. Zemna/ *Mecum.* Z toba/ *Tecum.* Z soba/ *Secum.* Z námi/ *Nobiscũ,* Z wámi/ *Vobiscum. Sed hæc sunt Pronomina potius quam aduerbia.* Rázem/ Całkiem/ *Simul. Integrè.*

Separationem seu distributionem hæc significãt, Z osobná/ *Seorsim.* Po iedynkiem/ *Sigillatim* Rozdzielnie/ *Diuisè.* Jnáczey/ *Aliter.* Ná dwoie/ & We dwoie/ *Bifariã quod &* Dwoiákim sposobem/ *exponitur.* Ná troie/ *Trihariam.* Rozmáicie/ *Multifariam; & ita de reliquis,* Ták wielu/ Tylko/ Tylo/ Byle/ Jedno/ By iedno/ wżdy/ *excludendi Aduerbia, Solum, Tantum, Modo, Saltim, Duntanxat.* *Sic kryiomka/ Pokatnie.*

Iurandi, Ná/ *vt,* Przysiagł ná Bogá/ *ꝑ Deum qui dicunt* przez. *Latine non Sarmatice loquuntur, quanquã sit in frequenti vsu. Datiuum*

 tamen

tamen sæpius vsurpant in iuramentis, vt Bogu ſlubuie/ & przyſiegam.

Eligendi, Rácżey/ Wiecey/ Gwßem/ Nowßem/ *Potius, Magis, Imo, vltimum illud barbare quidam Latiniſantes dicunt. & Imo, nos, Imo, vero.*

Congregandi, Społu/ Społecżnie/ Gromáda/ Stádem/ *Simul, vna, Coniunctim.*

Prohibendi, Niechay/ Niech/ Nie/ *Ne.*

Concedendi, Dobrze/ Czyſcie/ *quæ cum prò prie ſint aduerbia qualitatis, tamen vſurpãtur, prò eſto ſanè.*

Euentus. Z przypadku/ Z trefunku/ Trefunkiem/ *Forte, Fortuito, quæ nomina non ſunt,*

Comparandi. Mniey/ *Minus,* Wiecey/ *Magis.* Nalepiey/ *Optimè.* Nagorzey/ *Peßimè.* Namniey/ *Minimè,* Naywiecey/ *Plurimum, &c.*

☞ *COMPARATIO.*

Eſt naturalis, & præter naturam in aduerbijs comparatio, ſicut & in nomine, vt oſtendi.

☞ *NATVralis Comparatio.*

Proſto/ proſciey/ Naproſciey.
Sowito/ Sowiciey. Sporo/ Sporzey.
Bliſko/ Bliżey. Predko/ Predzey. *Celeriter.*
Rzadko/ Rzedzey. *Raro.*
Czeſto/ Cześciey. *Sæpe.*
Mężnie/ Mężniey/ Nameżniey. *Fortiter.*

Spráwie-

Spráwiedliwie/ Spráwiedliwiey/ Naſpráwiedliwiey. *Iuſtè. &c.*

Drobnie/ Drobniey/ Nadrobniey. *Minute.*

Długo/ Dłużey/ Nadłużey. *Longe.*

Krotko/ Krotcey/ Nakrotcey. *Breuiter.*

Srogo/ & ſrodze/ Srodzey/ Naſrodzey.

Miálko/ Mieley/ Namieley.

Nomen Miálki/ *opponitur profundo & ſignificat aquam quæ vado tranſiri poteſt, cum non obeſt profunditas.*

Rádo/ Rácżey/ Naráczey/ *&c. Libenter.*

Diminutiua Aduerbia.

Drobnie/	Drobniuchno.
Czyſcie/	Czyſciuchno.
Krotko/	Krociuchno.

Et infinita huius generis.

COMparatio contra naturam.

Máło/	Mniey/	Namniey.
Wiele/	Wiecey/	Nawiecey.
Dobrze/	Lepiey/	Nalepiey.
Zle/	Gorzeý/	Nagorzey.

Aduerbia à nominibus non orta.

Bárzo/ Bárziey/ Nabárziey. *& ſimilia.*

Im/ *&* Tym/ *comparatiuis iunguntur. id eſt, Quò, Eò,* Im wiecey vczyſſ/ tym mniey vmie. *Quò magis doces, minus ille ſcit, ad verbo. Tanto indoctior, quanto diligentius docetur.*

Obſeruandum aduerbiorum comparationem imitari ſuorum Adiectiuorum naturam.

In Superlatiuis vtimur interdũ particula Co/ *vt* Co narychley/ *interdum omittitur,* Na/ *vt* Co rychly/ *quod respondet Latino quàm. In nominibus adiectiuis hoc quoq; obseruatur, vt,* Co nalepßy/ Co napredßy/ Co naczelnieyßy/ *& absq;* Na/ Co lepßy. *&c.*

PRÆPOSITIO.

QVarundã Præpositionum varia est constructio: vnde fit, vt interdum vnius eiusdemq; Præpositionis varia sit significatio, vt Aliud est, Po/ *cum Accusatiuo, vt* Brnie po pás/ po koláná. *Item aliud,* Szedł po chleb/ Po wino. *Aliud cum Ablatiuo, vt* Po nim/ *Post eũ,* Po nim/ *Ab eo, &c. Item, Aliud est,* Za to. *Aliud,* Zá tym/ *quod nos suo loco trademus.*

SIGNIFICATIONES PRÆpositionum, quæ Accusatiuum adsciscunt, apud Latinos.

Ad,	Do/ Ku/ K/ Ná/
Apud,	V/ Przy/
Ante,	Przed/
Aduersus,	Przećiw/ Przećiwko/
Cis,	Stey strony/
Vltra,	Zá/ Zoney strony/
Intra,	W/

Extra,

Extra, *Vix vno verbo exponi potest, et plerũq; circũlocutione effertur, vt postea exẽplis ostẽdemus, Extra vrbẽ,* Zá

Circum, { Około/ (miáſtem/ &c.
Circa, { Około/

Circiter, Około/ *q; vox interdum exponitur per* Z/ *vt* Mam z dzieſieć koni/ Jeſt mu ze dwádzieſcia lat/ *Sunt mihi equi circiter decem. Annos natus eſt circiter viginti.*

Contra, Przećiwko/ Przećiw/

Erga, Ku/ Przećiwko/ *in bonam partẽ,* Ná/ *Princeps erga Populũ clemens,* Sobry ná poddáne/

Inter, Miedzy/

Infra, *Exponimus fore,* Pod/ *ſed habendũ eſt hîc delectus, vt ſi dicas, Eſt infra omnes alios, id ẽ,* Podleyßy miedzy wßytkimy/ *vel* ze wßytkich.

Supra, Nád/ Ná/

Iuxta, Przy/ Podle/ Wedle/ Według/ podług/ V/ Jmo/ &

Ob, przed/ (Mimo.

Per, przez/

Prope, Bliſko/ Jákmiarz/ *Ruſticũ ẽ.*

Præter, Okrom/ Oprocz/ Krom/ kromia/ procz/

Propter, Dla/ Podle/ przez/

Poſt, po/ Zá/

Penes, przy/
Secundum, po/
Trans, za.

▼ *ABLATIVO HÆ FAMVlantur.*

A, Od/ z/ *Pro quo etiam scribimus s.*
Ab, Od/ z.
Abs, Od/ z.
Absq̃, Bez/ Oprocz/ Procz/ Krom/
Cum, z/ S/ ze/ (Kromia/ S to mocy/ iest go s to/ bedzie go s cie/ Chlebá s potrzebe/
Clam, Krýjomka/ *Quãquã circũlocutione hic vtimur*, S tym sie przed oycem kryje/ *Hoc facit clam patre.*
Coram, przed/ przy/
De, O/
E, z/ ze/
Ex, z/ ze/ Wy/
Pro, za/ przed/
Præ, W/ przed/
Sine, Bez/ Procz/ &c.
Tenus. po/ Do.

▼ *VTRVNq; casum quatuor hæc admittunt.*

In, W/ We/
Sub, pod/ po/ przy/

Super,

Super, Ná/ Nád/ O/ W/
Subter. Pod.

OBSERVATIO.

Istæ Præpositiones, Bez/ Nád/ Od/ Przed/ Przez/ Z/ W/ *interdum assumunt e/ in fine, euphoniæ gratia,* Bez/ & Przez/ *sequente consonante, non tamen perpetuò, vt* Beze ćći/ Beze wßey chćiwośći/ *Sine honore.* Beze mnie/ *Sine me,* Przezemnie/ Nádewßytki/ Nádemna/ Nádełbem/ Odemnie/ Przededrzwiámi/ Przedemna/ Ze wßytkich/ Ze wnatrz. Ze wßad. *In verbis compositis hoc diligẽter obseruandũ, vt* Rozedrzeć/ Zedrzeć/ *amittit e in præteritis,* rozdárł/ zdarł. Zetrzeć/ Stárli. Zgiać/ Zegnie. *futuri tẽporis,* Wełbie/ We dnie/ We wßytkim/ We wśi/ We krwi/ We mnie/ We stu lat/ We stu koni/ We dwoie/ We troie/ We czwore. *In compositis verbis idem huic Præpositioni accidit quod superiori quod nisi quis obseruet, facile hallucinabitur,* Wzbiera wisłá/ Wezbráłá wisłá. *Sed hæc ad vsum relegamus.*

Pro ku *sæpe dicimus,* k/ *vt* Służy k stołu/ *vide in literis.*

Constructiones Præpositionũ vide in earũ Syntaxi, quam Deo auspice, postea trademus.

CONIVNCTIONES.

COniunctionum aliæ sunt simplices, vt bo/ gdyż/ zwłaszcza/ Enim, Præsertim. Cõpositæ, vt bowiem/ Abowiem/ á zwłaszcza. Alia connectunt orationem, vt A/ I/ siue Y/ też wiec/ quod sæpe est expletiuũ. Sæpe etiam pro tedy/ vsurpatur, vt Jesli nie tedy/ wiec owedy. Item interrogatiuum est negationẽ includens? vt, Wiecto cnotá? wiec to bieśiádá? Quasi dicas, minime. Et á, quoq. Przy tym gdy/ tedy/ skoro. Niż/ niźli/ Quæ duæ collationem significant, vt złoto lepsze niż & niźli srebro/ melius aurum argento, id est quã aurum. Jnácżey mowi niż pirwey/ aliter loquitur quã prius. Dicitur & nim/ vt, Poczekaż nim przyiáde/ Expectabis diu, ſ. priusquã redeo. Nim sie pan vbierze ia sie náiem. Cibum ego sumpsero anteq herus se ornarit dum se ornat.

Differunt vsu, A/ & I/ tametsi significatione conueniunt. A/ enim præterquã quod coniungit, videtur interrogatoriis particulis accedere, vt Brátá iuż ociec opátrzył/ á ia czo bede miał? Vbi á interrogando connectit. Nec licet hoc loco vsurpare i. Item non dicimus á to á owo/ Sed i to iowo. Sed ista vsus docebit.

Skoro/ est Latine, cum primum. Vbi primum, simul,

mum, simul, simulac, & simulatq. Przytymi/ præterea vel ad hæc, vulgus post epistolarum salutationem ab hac particula ferè literas inchoare solet. Aliæ coniungendo disiungunt, vt ábo/ álbo/ vel, aut, siue, seu. Quod etiam dicitur lubet lubo. Pro quo etiam vtimur Imperatiue verbi substantiui bądź/ vt, Bądź krotko/ bądź długo/ id est, ábo krotko/ ábo długo. Item, li additum dictionibus, vt, Czyrwonyli/ Czarnili/ siue ruber, siue niger. Abo et Albo/ Sæpe interrogationibus adhibentur, vt, Abo sie ten chłop vpił/ num hic ebrius est. Quanquã in oratione interdum vsurpatur pro Snadź vel Po dobno. Podobno/ vel Abo pan nie spo- sobnego zdrowia. Fortasse herus æger est. Item Ni/ & Ani/ nec, neq. Qui ex Latino in Polonicum interpretantur, sæpius errant, harum Cõiunctionum vim non obseruantes. Vt quando, vel, pro etiam capitur, & intendit orationem: interdum per Coniunctionem copulatiuam, Ji/ interdum per chocia reddũtur. Vel rex me salutauerit, Jkrol by mi sie kłaniał. Vel mihi oculum eruito. Wyłup mi chocia oko/ etiam oculum. Aliæ aduersantur. Záśie/ & Záś/ quanquã sunt Aduerbia, tamen pro aduersatiuis Cõiunctionibus vsurpantur. Bá/ & Lepak/ huc adjiciũtur. Bá/ magis intendit orationem, & interdum est Aduerbium affirmandi. interdum aduersatur. vt, cum

dicimus

dicimus, Bá niechce. *Ego vero nolo. interdum explet orationem, sed semper præponitur.* Lepák *vero postponitur, & significat idem quod vero.* Ja Lepák/ Ale/ Lecz/ *Sed* Acz/ Aczkolwiek. Choć/ Chocia/ Chociay/ Jednák. Przedsie. *quæ interdum iunguntur, Licet. Quamuis, Quanquam,* Jednák. *est tamen. quod etiam dicimus,* Wżdy/ & A wżdy. *Quod tamẽ minuit interdum & pro salem accipitur, vt,* By wżdi pan był ná mie łáskaw/ o datekbym nie dbał. *&c.*

Jowßem/ & Nierzkąc/ Chybá. *Imo, Nedum explicauimus.*

Nisi, Solum, videtur esse Aduerbium, eius vsus est diligenter obseruandus.

Causam aliæ reddunt, Gdyż. Bo/ Bowiem/ Abowiem. Ponieważ. *Nam, enim, etenim, namq, quandoquidem.* Przeto. Iż/ Iże. Jeśli/ Jeśliże. *Quoniam, Quia, quod, si.* Iż/ *cum* Jáko/ *sæpe commutatur, vt,* Wielki dziwiáko sie nie wściekł/ *vel* Iż sie nie wściekł.

Et istæ adiunctiuæ Gdy. Aż. *sæpe significat ita, vt,* Wnet w trawy vderzyli/ áż ßumiáło w głowie. Aby/ By/ Jle. *Cum, Dum, vt Ne, Quatenus.*

Inter rationandum istis vtimur, Tedy/ *(quod etiam est Aduerbium temporis). Ergo, Igitur,* Przeto/ Przetoż/ A przetoż. A ták/ Owa/ Awa/

Awa. Nátoniec. *Quapropter, Proinde, Quãobrem, Deniq.*

Quædam in oratione præponuntur, vt Gdyż. Bo/ & Abowiem. *Quædam postponuntur, vt* Bowiem. *Cætera faciliora.*

INTERIECTIO.

PAucas habent Poloni Interiectiones. quarum aliæ comminatiuæ, vt, Biáda/ & Biádaß. *Væ, cum tamen sit Nomen Substantiuum. Aliæ dolorem significant, vt,* Ach/ Och/ O/ Niestotyß. *Hei, Heu, Ah, O. quod & indignantis est infandum. Risum aliæ, vt,* Chá/ chá/ chá/ Chy/ chy. Ho/ ho/ ho. *Silentium, vt* St *apud Latinos. Polonice* Cyt/ *vt in Aduerbijs diximus. Reliquæ cum ex sermone quotidiano, tum ex lectione sunt cognoscendæ.*

FINIS.

SYNTAXIS.

Nomínum Constructío.

Quæ de Substantiuorum & Adiectiuorum Relatiui & antecedẽtis constructione à Latinis traduntur, in hac lingua per omnia obseruari debent. quare de ijs nihil trademus. cum ea aliis etiam linguis quibusdam sint communia, Ad cuius rei cognitionem plurimum afferent momenti quæ in Etymologia sunt à nobis tradita, sine quibus, frustra quis hæc in manus sumpserit Quis autem ignoret dicendum esse, Sobry pan. Dobra páni. Sobre wino. Roś nálezion. Cnotá nie przepłáczona. Przymierze zgwałcone. Moiá rzecz. Twoj pożytek. Náße bydło. Záwżdy tym pachnie gárniec/ czym sie s przodku vmázał/ ábo/ czego s przodku náwrzał. Czyy tho koń? páński. Czyiá tho wieś? Oyczowska. Czyie to gumno? Moie. Komu należy státeczność? Stáremu. Ktoż á mna idzie? Kto mie prowádzi? Sługá. Czo sie domá dzieie? *Exempla Adiectiuũ cum Substantiuo, vbi comprehenduntur Participia & Pronomina.*

Item Relatiui & Antecedentis, Interrogatiui & Reddditiui, tã per Nomen quàm per Verbum.

Respondere possis. Pije sie. *Sed vsitatius est, alteram verborum formam vsurpare,* Pija/ siedza/ gráia. Co then myśli:

myſli? Nic dobrego. Po czemu korzeczy tá? Po dzieſiáći groſzy. Zá coś ty kſiaſzki kupił? Zá groſz. Jle kto pieniedzy ma w ſkrzyni/ tyle y godnośći/ a bo tyle mu wierza. *ADMONITIO.*

Interdum Relatiuum non reſpondet in genere ſuo antecedenti. Vt in hoc REI verſiculo: Nie byłaby żadna rzecz oczbych ſie zátroſkał. *Vbi* oczbych *poſitum eſt, pro* o kthorabych. *Sed illud rarius accidit.*

Genitiui conſtructio.

Genitiuum aſciſcunt hæc & ſimilia Nomina Adiectiua. vt, Pełen wſzego dobrego. Pełen wrzodow. Swiádom przyſzłych rzeczy. Wdzieczen dobrodzieyſthwá/ & Niewdzieczen łáſki. Godzien & niegodzien miłośći. Pilen vrzedu ſwego. Pewien ſmierći y zdrowia. Beſpieczen vpadku. Niebeſpieczen zdrowia. Pewien czego. Winien & niewinien karánia. Prożen kłopotu. Syt chlebá. *Et quæ ſunt his affinia.*

Huius loci ſunt iſta. Młodzieniec pieknych obyczáiow. Człek wielkiego rozumu. Wielkiego záwołánia. Pánná nadobney vrody.

Item Genitiuo iunguntur iſta, vt, Teſzno go. Szkodá tego. &c. *Adde,* Trzebá/ & Potrzebá.

trzebá. Trzebá nam Hetmáná. Potrzebá nam pieniędzy. *Genitiuo efferũtur quæ tẽpus significãt*, Cżásu onego był wielki głod. *Ab his degenerant*, Bogáty w pieniądze/ Pewny ná nogi/ Wolen od frászunku/ Od woyny.

Datiui constructio.

Hæc & alia quã plurima Datiuis iungũtur. Może być godzien Rzeczypospolitey/ *id ẽ, Idoneus.* Trudno mi. *Occupatus sum. Dicimus etiã*, Trudno to ná mie. Trudno to nań. Jemu to trudno. *Dicitur &* Podobień ku brátu/ *&* podobień do brátá. Kázdemu dobremu życzliwy. Cnotliwy przyiaciel. Syn Oycu posłuszny. Podobien brátu/ *pro etiam dicunt*; Ochapia sie do brátá/ *Fratri similis, de facie intelligitur*, Stráżny wszytkim. Srog nieprzyiacielowi. Groźny/ *idem* Silny/ *&* Silen. Wisłá brzegowi śilna. Rowny. Wierny. Skłonny. Pożyteczny. Szkodliwy. Spolny. *Quæ omnia & alia prope infinita huius generis Datiuum adsciscunt.*

Et cõposita ex przy/ *vt*, Przyrodny. Przystoyny. Przyległy. Przychylny.

Accusatiui & Ablatiui constructio.

Hi duo casus raro in oratione absq; verbo aut Præ-

positione ponuntur. Proinde in Verbis & præpositionibus eorum constructionem exequemur. Ablatiuo casu efferũtur nõnulla, vt Włoch rodem. Skad rodem. *Sed hæc rariora.*

¶PRONOMINIS SYNTAXIS.

In Etymologia Pronominis, quædam ad Syntaxim pertinentia delibauimus accuratè obseruanda. In Pronomine primitiuo tertiæ personæ, Sie *obseruandum est omnibus personis & numeris accommodari, vt in eius inflexione videre est.* Stáram sie o sie. Stáray sie o sie. Stára sie o sie. *&c.* Niewiem o sobie. Niewieß o sobie. Niewie o sobie. Niewiem nic ná sie/ *id est* do siebie. *Quod dum Latine quidam vno modo reddere conantur per Se, turpiter impingũt.* Znam wielka iego łáske przećiw sobie. *Summam eius erga me beneuolentiam agnosco. pro quo barbari dicunt, erga se, Polonico idiomate decepti.* Rádowáli sie sobie. Robie soba. *Ego meo corpore laboro.* Robiß soba. *Tuo corpore.* Robi soba. *Suo corpore. Item,* Mam s soba co czynić. *Multa mihi incumbunt negotia.* Maß s soba co czynić. Ma s soba co czynić. *Idẽ sciendum de Pronomine possessiuo* swoj. Nie damći swego mieczá/ *id est,* mego.

Pożycz

Pożyć mi swego koniá. Wydał wßytki swoie pieniądze. *Rectè dixeris,* Day mi noż swoy/ *id est tuum cultellum. quod vsitatius est quàm* Twoy. Mam swoiey máiethności dosyć. *non autem* Moyey. *cum tamen* Moy/ *vsitatum sit.*

Swa/ *pro* Swoiá. *Fœminini generis, absolute interdum ponitur, vt,* Káżdy swa porze. Ja w swa/ á ty wswa. Káżdy w swa. *Subauditur autem* Rzecż/ *vel aliquid simile.*

Swoy/ *interdum accipitur pro eo qui se alteri opponat. Vt cum dicimus,* Ja sie swego nie boie. Radby swego vbił.

Me/ & Twe/ *contractum á* Moie/ & twoie/ *vsurpatur etiam absolutè. vt,* By w me. *Si in me a hoc esset potestate.* By w twe. *Si in tua.* By w iego. *Si in eius.* By w ich. *Si hoc penes ipsos esset.* Nie stoi zá me. Stoi zá náße.

Ich/ *numeralibus & quibusdam adiectiuis et Aduerbiis adiungitur.* Dwá ich. Pięć ich. Siedm ich. Wiele ich. Málo ich. Sześć ich. *Præponitur etiam in oratione.* Mam ich wiele. Widziałem ich niemáto. *Intelligendum autem aliquod substantiuum quod in oratione præcesßit.* Wypádły sárny z lásá/ Wiele ich było? *Quot erant?* Wy wiodł Krol czyßych ludzi ná woyne/ á wiele ich zginęło, &c.

VERBORVM SYNTAXIS.

Nos methodi gratia in Verborum Syntaxi ordinem Latinorum sequemur, quatenus linguæ huius ratio & idiotismus feret.

Verbo personali finito præponitur nominatiuus legitime cohærẽs. Ja czytam. Ty czytaß. On czyta.

Ante autem monuimus, ista Pronomina Verbis non præponi, nisi discriminis & singularis cuiusdam demonstrationis causa. Vt si dicas, Thyś Pánie nádzieią moią. *Tu Domine, & non alius, spes mea es.* Cnotha człowiekà wßedy záleca. *In quibusdam subauditur nominatiuus. Vt,* Mowia. Powiedáia. Plota. Szemrza. *Vbi intelligitur, homines. Et hæc Verba in impersonalia transeunt. Et hæc absolutè ponuntur* Grzmi. świta. Błyska ſie. Mirzcha ſie. *A Latinorum consuetudine hæc differunt, & personali constructioni adscribuntur: Vt,* Jdzie deßcz. *Pluit.* Jdzye śnieg. *Ningit.* Jdzye grad. *Grandinat.* Márznie. *Est gelu.*

Quæ figurate efferuntur cum Latinis conueniunt, paucis quibusdam exceptis. Collectiua notanda sunt, quæ interdum non facile agnoscuntur. Vt Lotroſtwo/ *pro* Lotrowie. *Et Collectiuorũ more construuntur. Vt,* Lotroſtwo mu bebná podbíjáia. *Reius in Zodiaco.*

Verbi Substantiui & similium constructio.

Hoc Verbum partim cum Latino sermone conuenit, partim suam peculiarem habet Syntaxim. Bog iest naywietße dobro. *Deus est summum bonum.*

Pronominatiuo vsurpamus ablatiuum secundum & interdum eandem rem dupliciter efferimus. Ociec moy iesth dobry gospodarz & dobrym gospodarzem. Ten v mnie bogáty m/ & bogáty. *Quod dicendi genus non temere sed cum iudicio est vsurpandum. Verba quæ his sunt affinia sic plane construuntur. Vt,* Bráth twoy został Káßtellanem. *non autem* Káßthellan. Bedzyeß v mnie wdziecznym gosciem. Czyni ſie pánem. Sstał ſie głupim/ Mądrym/ *id est factus est.* Swietym go zowa. *&c.* Obráli go Cesárzem. Vczynili go Krolem. *Eleganter subauditur Verbum Sum.* Jeſlim cnotliwy. Jeſliś dobry. *de quibus supra diximus. Item,* Moiá to rzecz. *ſ. est.* Nie mey tho głowy rozum. Nie do tego mi teraz. *ſ.* iesth. Nic mi do thego. Nie długo mnie. Nie długo páná/ *ſ.* bedzie. *Non diu erit superstes herus. Interdum variatur constructio.* Bedzie koniec tey rzeczy. Nie bytby nigdy koniec. Nie byłoby ni-

gdy kończą. *Pro Verbo substantiuo omnis personæ & vtriusq; numeri impersonaliter, & quidem frequentissime vsurpatur.* Nie máß/ *cum genitiuo.* Nie máß piwá w kárczmie. Nie máß iuż ná swiecie komu wierzyć. Nie máß páná domá. Nie było go. Nie máß ludzi ná swiecie/ wßytko zdziczáło. *Et obserua huius Verbi coniugationem cum verbo substantiuo conuenire, idq; in tertiis personis singularibus.*

Genitiuum admittit sæpius. Jam iest dobrey nádzieie. Człowiek ten iest ostrego wzroku/ Okrutnego sercá/ wielkiego wzrostu.

Datiuum ascisci interdum: Jest mu dziesięć lat. Było mu sto lat gdy vmárł. Trzi látá temu. *Anno abhinc tertio.* Coż mu. Nic mu. *Subin. est. Item,* Być mrozowi. Być dzdzowi. Być śniegowi. Być mu w kárczmie. Żal mu. Dußno mu. Trudno mu. Miło mu. Nie miło mu. Rad mu. Nie rad mu. *& similia, quæ exponuntur varie, obseruata cuiuslibet verbi significatione. Vt,* Być dzdzowi. *Pluet &c.* Być pijánicy w kárczmie. *Helluo cauponam adibit.* Jeßcze mu być czyßtym człowiekiem. *Verbum substantiuum aliquando indui significat. Vt,* W swieto záwżdy bedzie w koßtownej ßácie. Gdy ßie ożenił/ był w hárt aßowey ßubie. *Ecliticôs inter-*

pticôs interdum dicimus. Ná tym máło. Ná tym wiele. s. iesth/ vel należy. Nic mi do tego/ s. iest. *Nihil mihi cum hac re negotij.*

Verba quædam apud Latinos gestum aut statũ aliquem significantia, Nominatiuum à tergo habent. quem Poloni vel per Aduerbium vel periphrasi exponunt. Dormit securus. Spi bespiecz nie. *Bibit ieiunus.* Pije ná czczo. *Incedit sordidatus.* Plugáwo chodzi. *Vbi notandum est, verbum* Chodzić/ *pro indui accipi. vt Latine incedere. It cubitum incœnatus.* Idzye spáć/ *vel* kładzie sie nie wieczerzáiac/ *vel* nie wieczerzawszy. *Nocturnus obambulat.* Po nocy chodzi/ & w nocy/ *et* nocnym obyczáiem. *Quædam Verba pro nominatiuo habent genitiuum partem significantem, vt in his versibus.*

Bom widział iedno ksiaże tu pod zamkiem w polu/ Ano sie zá nim włoczy dziwnego kakolu. *id est,* dziwny kakol. &c.

Verba Genitiuo iuncta.

Longum esset Verba omnia simplicia enumerare, quæ genitiuum postulant. Nos igitur paucis in præsentia erimus contenti, vsus reliqua suppeditabit. Bronić. *Vetare, Tueri.* Tego nam broni sumnienie. Vżyć/ Záżyć/ Vżywáć. *Vti.* Mácáć. *Attrectare.* Vczyć. *Docere.* Litho-

wáć. *Dolere. Quod &* Lito mi tego *dicitur.*
Et Żálowáć. *Quod &* Żal mi tego *dicitur.*
Strzedz. *Cauere, Custodire, &* Strzedz ſie.
Ważyć ſie. *Audere.* Ważyć. *Æſtimare, Accuſat. admittit.* Lękáć ſie. Báć ſie. *Timere.*
Wiárowáć ſie. *Cauere.* Chybić. *Aberrare.*
Szukáć. *Quærere.* Myśćić ſie. *Vlciſci.*
Jáć ſie. *Iungitur etiam accuſatiuo cum Præpoſ.*
Zá. Jat ſie tego/ & Jat ſie zá to. *Aggredi.*
Życzyć. *Optare.* Pożyczyć. *Mutuum dare & accipere.* Czekáć. *Expectare.*
Mylić. *Aberrare, Fallere.*
Boli mie głowá. Boli go ſerce.
Pátrzyć. *Attendere, Inſpicere.*
Tknąć ſie. *Tangere.* Dzierżeć ſie. *Retinere. Inhærere alicui rei.*
Życzyć. Żadáć. Winſzowáć. *Optare.*
Słuchác. *Audire.* Náwyknąć. *Aſſueſcere.*

Verba compoſita Genitiuum admittentia.

